CURTII SPRENGEL

PROF. BOT. HAL.

FLORAE HALENSIS

TENTAMEN NOVUM.

CUM ICONIBUS XII.

HALAE SAXONUM

SUMTIBUS C. A. KÜMMELII.

1806.

LECTURIS SALUTEM

AUCTOR.

Alter incipit et viceſimus annus, cum Halam Saxonum primum ſalutarem, peragratis ab ineunte adoleſcentia Pomeraniae anterioris et Megapolitani ducatus partibus. Ager vero halenſis me primis iam annis, quum iuvenis eſſe coepi, adeo delectavit varietate plantarum et locorum amoenitate, ut cum amicis pervagari totam hanc regionem ſtatuerem. Attamen aliena dein officia obſtiterunt; per duodecim, qui ſequebantur, annos, paucas duntaxat ſylvas, pauca montium iuga percurrere potui. Suscepta autem ante hos novem annos botanicae disciplinae provincia, nullum praetermittendum mihi eſſe officii mei aut ſtudii munus, maximeque agri halenſis divitias herbarias perquirendas eſſe ſenſi. Magis magisque hoc ſtudii vitaeque genere oblectatus, omni annorum ultimorum tempore, vel auditoribus botanophilis comitatus, vel ſolus et-

iam adii prata, paludes, ſylvas, montes omniaque loca, quae citra quam quatuor milliaria remota ſunt ab urbe noſtra.

Leyſſeri venerabilis floram halenſem primis annis ſequens, mox animadverti, eam, ut rite adoleſcentes inſtruantur, haudquaquam ſufficere. Quae deſideravi, haec fere ſunt:

1. *Characteres generici et ſpecifici e Linnaei ſcriptis mutuo ſumti ſaepe differunt a veritate.*

2. *Multae plantae, ab optimo Leyſſero, duces Knauthium et Buxbaumium ſequente, indicatae fruſtra in noſtra regione quaeruntur. Non inficior, plures earum olim quidem forte repertas fuiſſe, ſed quum per hos viginti annos nec ab amicis nec a me ipſo obſervatae fuerint, ſatius duxi eas omittere.*

3. *Omiſſae plantae, quae hic ſponte creſcunt, 94 perfectae et 416 imperfectae, ut loco 1277 flora noſtra 1787 numeros contineat.*

4. *Ultimae claſſis διασκευὴ a noſtrorum temporum cognitione longe aliena. Hinc factum eſt, tirones, qui his imperfectis organiſmis operam dare volunt, vel ſummis*

impensis pleraque opera recentiora emere debere, vel ab omni omnino eiusmodi studio abstinere. Plures eorum, qui semet quotannis in disciplinam meam tradunt, quibusque naturae amor consuetudinem mecum facere solet, conqueri memini has studii eximii difficultates.

Itaque adgressus sum hoc opusculum eo potissimum animo, ut tironibus faciliorem munirem viam expeditioremque, qua plantarum indigenarum cognitionem sibi parare possint. Quae praestitisse mihi videor, brevius hic monendum esse existimo:

1\. *Nullam plantam florae nostrae adiudicavi, nisi quam ipse inveni; pauculis exceptis, quae ab amicis fide dignissimis repertae † signo notantur. Gratus agnosco, me amicissimi* Kohlii, *pharmacopolae Halensis meritissimi,* Krusii *paedagogi Trebnitzensis,* Fischeri *Halberstadiensis, qui iam Razumovianorum hortorum curam gerit, auditorum denique egregiorum* Schulzmorlini *Vindelici,* Schwieii, *pharmacopolae,* Fischeri *Silesiaci, auxiliis multa debere. . . Eas species, quas nec Leysserus nec Wohlleben habet, asterisco * notavi.*

xerim, ἐργάζεσθαι ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νὺξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.

Equidem autem voti religione me obſtrictum habeo, in id intendere omnes induſtriae meae nervos, ut perfectior indies evadat haec flora. Hinc conſtitui, quotannis ſupplementum quoddam meis impenſis evulgare, quo inter auditores distributo uti poſſint.

His praemonitis ſolum natale plantarum halenſium adumbrandum eſt, ut clima phyſicum eo luculentius pateat.

1. *Agri halenſis, cuius plantae hic enumerantur, latitudo borealis eſt* 51° 10′ — 51° 45′; *longitudo orientalis* 29° 8′ — 30° 10′.

2. *Complectitur*

a. *Boruſſico regno ſubiectum circulum Salicum, comitatum Mansfeldenſem ad Hettſtadium usque.*

b. *Electori Saxoniae ſubditam partem Mansfeldiae exiguam, quae Islebiam ambit; dein provincias Querfurtenſem, Friburgenſem, Martisburgenſem, Delitzſchenſem, Zörbigenſem.*

c. *Principi Deſſavienſi ſubiectam ditionem Gröbzigenſem et Radegaſtum; denique*
d. *Principatus Cothenienſis partem auſtralem.*

3. *Soli noſtri* m o n t e s *conſtituuntur vel ſaxis primigeniis vel ſecundariis, fortuito adgregatis. Inter illa eminet* p o r p h y r i t e s, *cuius particulae ferruminatae maximam partem* t r a p e z i t e *conſtituuntur et tandem aëris elementis mutatae abeunt in* a r g i l l a m, *cuius praeſtantiſſima ſpecies, ad Bennſtädium et Morl effoſſa, Berolinum transvehitur, ut vaſa murrhina inde conficiantur. Porphyrite conſtituitur totus* m o n s ſ e r e n u s, *altiſſimus noſtrorum montium, neque tamen ultra* 1200 *pedes adſcendens; porphyrite conſtituuntur pleraeque rupes Salae ripam coronantes.*

4. *Inter ſaxa, particulis fortuito aggregatis, nominandus eſt* p ſ a m m i t e s, *quem ad ripas Salae iuxta Leucopetram et Mark-Rölitz, ad Friburgum et Lodersleben, ad Böſenburg et ad Wörmlitz invenimus.*

5. *Aliud* ſ y m p e x i u m, *paullo iunioris forte originis, eſt ſaxum illud, quod,* C a r p e n t e r i o *duce,* τὸ ἐρυθρὸν κεκλιμένον *(das Rothe Liegende) appellant. Differt*

10. Humus vegetabilis agros fertiliſſimos facit; eſt autem plerumque lutoſa, in vicinia Halae, Martisburgi, Delitzſchii, Cothenii etc., aut calcarea per comitatum Mansfeldenſem et provinciam Friburgenſem paſſim, aut e τῷ ἐρυθρῷ κεκλιμένῳ orta, aut ſaltem ex argillarubra, circa Hettſtadium, Rothenburgum etc. Campi ſabuloſi fere deſunt, niſi tractus haud magnos pone Nietleben, inter Rocken- et Mittelholz, ad Hettſtadium etc., iis adnumerare velis.

11. Sylvarum et nemorum haud ingens eſt numerus; neque ſylvae ſatis vaſtae, neque nimis frondoſae, neque nemora a pecorum incurſu immunia. Proxima ſylva eſt Heide, inter Dölau et Nietleben, pinubus, quercubus, betulis conſita, montoſa pariter ac paludoſa, oblectamentum noſtrum. Paullo remotiora ſunt nemora clivoſa Zorgs et Lindberg hinter der Heide, Rocken- und Mittelholz hinter Gutenberg: haec praeprimis feracia et amoena, quum pecorum incurſus prohibitus ſit. Hic Veronicam ſpuriam et folioſam, Scorzoneram roſeam, Laſerpitium latifolium et pru-

thenicum, Dianthum ſuperbum, multasque alias rariores plantas invenies.

Pretioſiſſimae autem ſylvae noſtrarum regionum ſunt Erdebornenſis, Schmonenſis et Loderslebenſis, fagis et quercubus opulentiſſimae, ſatis umbroſae, et montoſae et paludoſae. Ibi Orchides eximiae, Senecio nemorenſis et ingens imperfectarum plantarum cohors adeſt. Eximiae etiam ſylvae, die Giehlen dictae, in provincia Friburgenſi, ad Schleberode et Ebersrode, nemus Branderodenſe, nemuscula ad Möncherode et Mücheln haud infimae notae ſunt. Mansfeldia ipſa, circulus Salicus, principatus Cothenienſis, provincia Delitzſchenſis ſylvas paucas habent.

12. *Prata copioſa, maxime ad ripas fluviorum Salae et Unſtrut; feracia ea et plantis locupletiſſima. Peucedanum Silaus, Rhinanthus Criſta Galli, Paſtinaca ſativa, Daucus Carota, Geranium pratenſe, Chrysanthemum Leucanthemum fere omnia prata noſtra implent.*

13. *Paludes paucae, neque ingentes, neque ſatis umbroſae. Hinc cauſtogaea aut turfa nonniſi ad Dölau, Zabenſtädt*

(*cum calce et conchis* Schreber *lithogr. hal.* p. 68. 69.) *Benndorf bei Delitzſch et paucis aliis locis invenitur. His paludibus propriae ſunt rariores Tofieldia paluſtris, Salix fuſca, repens, Eriophorum vaginatum, Tetraphis pellucida. Nec apud nos niſi unico loco Calla paluſtris; rariſſimum Comarum paluſtre; nullum, quod ſciam, Ledum paluſtre, nulla Andromeda polifolia. Paludes tamen circa Bitterfeld egregiam certe meſſim largiuntur.*

14. *De* aquïs *locuturi, ſatis mirari nequimus, noſtram mediterraneam regionem plantas maritimas plures nobis impertire, quae et ad lacus ſalſos (alterum perperam dulcem dictum, quum fere aeque ſalſus ſit) et in pratis variis creſcunt. Salicornia enim, Chenopodium maritimum, Samolus Valerandi, Aſter Tripolium, Glaux maritima cum Confervis plurimis prata incolunt, lacubus his et rivo* Salzke *dicto, qui ex iisdem aquam in Salam devehit, vicina.*

15. *Fluvius unicus* Sala *a Leucopetra inde variis anfractibus et inter praecipites plurimum rupes, ad Alsleben usque noſtram*

regionem percurrit; omnesque torrentes et rivos secum rapit.

Secundum post Salam flumen est Unstrut, a Wendelstein inde totam provinciam Friburgensem, ab occidente versus orientem percurrens, clivis calcareis aut psammiticis cinctum, iuxta Friburgum tandem Salae nubitur.

Tertium fere est Elstera, a Lipsia inde versus occidentem perreptans potius quam percurrens prata humida et fertilissima, quae maxime ad Lochau, Döllnitz et Liebenau nemorosa et plantarum rariorum feracissima sunt. Tandem ad Beesen pagum in Salam effluit.

Sequitur Loberbach aut Löberbach, qui inter Lipsiam et Delitzschium oriens, septentrionem petit, prata fertilissima format, donec pone Bitterfeld cum Mulda iungatur.

Minoris momenti sunt die Gösel, rivulus pone Mücheln oribundus, orientem petens tandemque ad Martisburgum in stagnum, Gotthardsteich, effusus; die Schlenze, iuxta Gerbstädt, ad Friedeburg cum Sala iunctus; die Reide ad Bischdorf, Reideburg, cum stagnis Dieskaviensibus co-

haerens, tandemque ad Osendorf in Elsteram effusus; die Salzke, quam iam supra memoravimus, et pauci alii.

16. *Excursionum botanicarum utiliter instituendarum regio nostra uberrimam offert occasionem. Sunt enim loca, haud adeo remota, quae vel Linnaeus ipse optatissima nuncupasset: e. g. pagus Kölmensis, cuius monticuli calcarei et stagnum salsum tum alpestres tum marinas largiuntur plantas; nemusculum Seebense, nemora pone Gutenberg. Musci etiam, fungi et gastromyci in sylvis nostris, maxime in nemore paludoso ad Nietleben, copiose proveniunt. Hinc fit, ut tirones, qui sedulo me comitantur, prima aestate facile possint ultra mille plantas colligere.*

Conferantur omissa, pag. 417—420, *rogo.*

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Flores incompleti.

1. HIPPURIS. *Cal.* obſoletus ſemen coronans. *Cor.* o. *Stigma* ſimplex. *Nucula* 1-ſperma.

2. SALICORNIA. *Cal.* o. *Cor.* o. *Squamae* amenti ternae partes fructificantes includunt. *Stylus* bipartitus. *Sem.* 1.

DIGYNIA.

Flores incompleti.

3. CALLITRICHE. *Cor.* 2-petala, petalis canaliculatis. *Sem.* 4 nuda membranaceo-marginata.

Orchis, Ophrys, Neottia, Epipactis (XVII). Alchemilla Aphanes (IV). Zannichellia paluſtris (XVIII). Salix Helix, purpurea (XX).

MONOGYNIA.

1. HIPPURIS.

1. H. VULGARIS, foliis verticillatis fubdenis linearibus acutis. *Curt. n.* 48. *Fl. dan.* 87.

In aquis ftagnantibus ad Paffendorf, in pifcinis ad Dieskau, in lacu ad Kölme, ad ripas Elfterae pone Radewell. . . Maio, Iunio. ♃

2. SALICORNIA.

2. S. HERBACEA, geniculis compreffis emarginatis, internodiis obconicis, amentis pedunculatis. *Pall. haloph. fafc.* 1. *tab.* 1—3. *Fl. dan.* 303.

Varietates duae apud nos occurrunt:

α. S. *proftrata, Pall. tab.* 3. caule ramofiffimo divaricato trifariam proftrato, articulis apice fub finuatis, amentis crebris oppofitis terminalibus.

β. S. *acetaria, Pall. tab.* 1. annua ftrictim erecta fubramofa rubra, amentis cylindricis oppofitis terminalibus.

Utraque copiofiffime ad lacum falfum prope Rolsdorf et Seeburg, an der Salzke bei Benkendorf und Kölme, ad pifcinas Dieskavienfes, ad Dürrenberg. Sept. Oct. ⊙

Duo ftamina, quae Forfterus (Philof. transact. vol. LVII. 1767. tab. 312.) et Möhringius (Ehrharts Beytr. VII. p 178) obfervarunt, in hac folummodo fpecie interdum occurrunt.

DIGYNIA.

3. CALLITRICHE.

3. C. VERNA, monoica, foliis inferioribus oblongis, fuperioribus fubrotundis integerrimis. *Flor. dan.* 129.

In aquis ftagnantibus et foffis prope der Fafanerie, Paffendorf, auf dem Badeplatz. Maio. ⊙

4. C. INTERMEDIA, hermaphrodita, foliis inferioribus linearibus apice bifidis, ſuperioribus ovalibus emarginatis. *Schk. t.* 1. *fig.* e. *Sturm I.* 3.
Ibidem, ſed rarius. Mai. Aug. ⊙

5. C. AUTUMNALIS, hermaphrodita, foliis omnibus linearibus ápice bifidis. *Löſel fl. pruſſ. t.* 38.
Ibidem, praeſertim vero ad Holzweiſig in foſſis. Aug., Sept. ♃

Folia ſumma in tribus his ſpeciebus roſulam formant, ut caeſpites adſpectu formoſi aquae innatare videantur.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi inferi monopetali regulares.*

4. LIGUSTRUM. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 2-locularis, loculis ſub 2 ſpermis.

5. SYRINGA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, limbo 4-fido. *Capſ.* 2-locularis, ſeminum margine membranaceo.

** *Flores completi inferi monopetali irregulares. Fructus capſulares.*

6. VERONICA. *Cal.* 4- raro 5-partitus. *Cor.* rotata 4-fida ſubinaequalis. *Capſ.* 2-locularis obcordata.

7. GRATIOLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 2-labiata reſupinata. *Stam.* 2 ſterilia. *Stigma* 2-lobum. *Capſ.* 2-locularis, diſſepimento valvis parallelo.

8. UTRICULARIA. *Cal.* 2-phyllus aequalis. *Cor.* ringens calcarata. *Capſ.* 1-locularis.

*** *Flores completi inferi monopetali. Fructus nudi.*

9. LYCOPUS. *Cal.* tubuloſus 5-fidus. *Cor.* tubuloſa ſubaequalis 4-loba, lobo ſuperiori latiori emarginato. *Semina* 4 retuſa.

10. SALVIA. *Cal.* ſubcampanulatus 2-labiatus. *Cor.* ringens. *Filamenta* baſi pedicello transverſo adfixa. *Semina* 4 elliptica ſaepe mucilaginoſa.

**** *Flores completi ſuperi.*

11. CIRCAEA. *Cal.* 2-phyllus ſuperus. *Cor.* 2-petala. *Capſ.* 2-locularis non dehiſcens, loculis 1-ſpermis.

***** *Flores incompleti.*

12. FRAXINUS. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stamina* hypogyna; antherae fubfeffiles. *Stigma* 2-fidum. *Samara* 2-locularis. *Semen* 1 vel pauca pendula.

13. LEMNA. *Cal.* 1-phyllus latere dehifcens. *Antherae* didymae. *Stigma* capitatum. *Capf.* 1-locularis.

DIGYNIA.

14. ANTHOXANTHUM. *Gluma ext.* 1-flora 2-valvis. *Gluma int.* 2-valvis oblonga ariftata. *Cor.* 2-petala petalis obtufis.

Salicornia herbacea (I). Schoenus albus (III). Lepidium ruderale (XII). Cypripedium Calceolus (XVII). Salix (XX).

MONOGYNIA.

4. LIGUSTRUM.

6. L. VULGARE, foliis oblongo-lanceolatis integerrimis glabris, thyrfo terminali. *Curt. n.* 51. *Fl. dan.* 1141. *Sturm. I.* 14.

In fepibus, dumetis et collibus nemorofis frequentiffime. Iun. ♄

5. SYRINGA.

7. S. VULGARIS, foliis ovato-cordatis. *Sturm I.* 2.

In fepibus circa fuburbia et pagos frequens. Maio. ♄

6. VERONICA.

Floribus terminalibus spicato-racemosis.

*8. V. LONGIFOLIA, foliis oppositis ternis quaternisve cordato-lanceolatis acuminatis inaequaliter duplicato-serratis cauleque pubescenti-tomentosis. *Schrader veronic. p. 26. 27. tab. II. fig. 1. (Icon nostra tab. I.)*

In pratis humidis et dumetis, auf der Peisnitz, bei Radewell, Liebenau, Seeben und Gutenberg. Iul. ♃

V. maritima L., quam Leysserus hic adfert, diversa est foliis lineari-lanceolatis, ovata basi, carinatis, subquaternis fasciculatis: cuius iconem praestantissimus Schraderus exhibet tab. I. fig. 1. comment. cit. Crescit autem solummodo in Scandinavia.

*9. V. FOLIOSA, foliis ternis quaternisve ovato-lanceolatis subsessilibus inaequaliter duplicato-serratis. *Kitaibel hungar. II. f. 102. Schrader l. c. p. 35. tab. II. fig. 5. (Icon nostra tab. I.)*

In collibus nemorosis Zorgs, Lindberg, Rockenholz et Mittelholz, Hackenholz bei Branderode. Iul. Aug. ♃

*10. V. SPURIA, foliis ternis quaternisve subsessilibus lanceolatis simpliciter aequaliter serratis. *Schrader l. c. p. 36. tab. II. f. 4. (Icon nostra tab. I.)*

In der Schleberoder Giehle, im Mittelholze, nemoribus umbrosis. Aug. ♃

Nullibi in Germania inveniendam esse hanc speciem Schraderus adseverat; sed vere adesse patet e figura.

11. V. SPICATA, foliis oppositis oblongis obtusiusculis crenatis cauleque villoso-pubescentibus, radicalibus obovatis in petiolum decurrentibus, caulinis basi angustatis. *Fl. dan. 52. Engl. bot. 2.*

In pratis editioribus, calcareis ad Giebichenstein, Seeben, Hohenthurm, Bennstädt, Kölme, Erdeborn etc. Iul. Aug. ♃

Vidi varietatem foliis ternis canaliculatis, quae V. complicatae Hofm. phytogr. Blätter, S. 98. satis adfinis esse videtur. Saepius etiam foliis linearibus subintegris, aut spicis pluribus aggregatis occurrit.

12. V. HYBRIDA, foliis oppositis ellipticis crenatis cauleque scabro pubescentibus, radicalibus petiolatis ovatis, caulinis subsessilibus. *Engl. bot.* 637. *Willdenow in Schraders Journ.* 1799. *I. tab.* 3.

In pratis nemorosis ad Lodersleben, Horneburg, sed rarissime. Iul. Aug. ♃

Differt a priore foliis radicalibus petiolatis, tum pube tenuiori, quae viridem non mutat superficiem, quum in V. spicata villosa potius adsit pubes, quae canitiem plerumque producit.

13. V. OFFICINALIS, foliis oppositis oblongis serratis cauleque radicante adscendente villosis, floribus distantibus. *Curt. n.* 33. *Fl. dan.* 248.

In sterilibus sylvestribus der Dölauer Heide, dem Zorgs, Lindberg, Seeben, hinter Kröllwitz, bei Gutenberg et alibi copiose. Iun. Iul. ♃

14. V. SERPYLLIFOLIA, foliis oppositis ovali-oblongis obsolete dentatis trinerviis glabris, bracteis pedicellos excedentibus. *Curt. n.* 5. *Fl. dan.* 492. *Engl. bot.* 1075.

In pratis, pascuis beim Fasanenhause, Schlettau, Würmlitz. Iun. ♃

** *Floribus lateralibus racemosis: foliis oppositis.*

15. V. BECCABUNGA, foliis subrotundo-ovalibus obtusis obsolete serratis, caule radicante. *Curt. n.* 15. *Fl. dan.* 511. *Sturm I.* 11.

In foffis et rivulis pone Geifithor, ad Gutenberg. Teicha, Lettin etc. Maio, Iul. ♃

16. V. ANAGALLIS, foliis femiamplexicaulibus lanceolatis ferratis, caule erecto. *Curt. n.* 56. *Fl. dan.* 903.

In foffis et paludibus ad Nietleben, Lieskau, Schlettau, Schkopa etc. Iul. ⊙

17. V. SCUTELLATA, foliis lineari-lanceolatis fubintegerrimis, pedunculis pendulis. *Curt. n.* 56. *Fl. dan.* 209.

In inundatis auf der grofsen Wiefe, in Pulverweiden, ad Dölau, Nietleben, Radewell, Lochau etc. Iul. ♃

Caulis *debilis teres inferne repens*; folia *feffitia fubdenticulata*, pedicelli *capillares poft anthefin penduli:* corolla *dilute coerulea*, lacinia *fuperior venis rubicundis picta.*

18. V. PROSTRATA, foliis oblongo-lanceolatis obtufis incifo-ferratis, caule adfcendente. *I. Bauh. hift. III.* 287.

In collibus apricis ad Kröllwitz, Granau, Quilfchina, Höhnftädt, Hohenthurm etc. Iun. ♃

19. V. TEUCRIUM, foliis inferioribus oblongis fuperioribus ovato-oblongis groffe ferratis rugofis cauleque villofis. *Roths neue Beytr.*, *I. p.* 69.

In nemoribus et pratis, auf der Peisnitz, in der Lucke, in dem Görz bei Wörmlitz. Iun. ♃

20. V. CHAMAEDRYS, foliis ovatis feffilibus rugofis incifo-ferratis, caule utrinque linea pilofa. *Curt. n.* 4. *Fl. dan. t.* 448.

In pomariis, pratis, pafcuis, fepibus, nemoribus fere ubique. Maio, Iun. ♃

*** *Floribus folitariis axillaribus.*

* 21. V. PRAECOX, foliis inferioribus cordatis incifo-ferratis petiolatis, fummis oblongis fubinteger-

rimis sessilibus, caule erecto simplici pubescente. *Allion. auctar. tab. I. fig.* 1.

In agris vor der Heide, ad Kröllwitz, zwischen Rockenholz und Gutenberg, ad Wansleben. Aprili, Maio. ☉

22. V. AGRESTIS, foliis cordato-ovatis inciso-serratis pedunculo brevioribus, laciniis calycis fructiferi cernui ovalibus, caulibus procumbentibus. *Curt. n.* 7. *Fl. dan.* 449.

In pomariis, hortis, agris et arvis frequens. Aprili. ☉

Planta tota licet pilis raris praedita, folia *tamen nitida imo lucida apparent, ima petiolata, summa sessilia*, corolla *coerulea vel albida.*

23. V. ARVENSIS, foliis ovatis serratis, floralibus lanceolatis pedunculo longioribus, laciniis calycis inaequalibus. *Curt. n.* 23. *Fl. dan.* 515.

In hortis, pomariis et agris, frequens. Aprili, Maio. ☉

Planta tota hirsuta erecta: folia *ima longe petiolata*, flores *subsessiles pallide coerulei aut subrubicundi.*

24. V. HEDERAEFOLIA, foliis cordatis quinquelobis, lobo medio maximo, pedunculo brevioribus, laciniis calycinis cordatis acutis ciliatis. *Curt. n.* 19. *Fl. dan.* 428.

In hortis, pomariis, agris, vulgatissima. Aprili, Maio. ☉

Caules *prostrati, uti tota planta, villosi;* folia *primo adspectu triloba videntur, sed pleraque vero quinqueloba sunt, lobulis obtusis:* flores *pallide coerulei.*

25. V. TRIPHYLLOS, foliis infimis indivisis petiolatis subrotundis, superioribus digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus, caule patulo. *Fl. dan.* 627. *Engl. bot.* 26. *Sturm I.* 8.

In hortis, pomariis et agris copiose. Aprili, Maio. ⊙

Caulis *erectus pubescens digitalis parum romosus*: pedunculi *patentes foliis longiores*: corolla *coerulea maiuscula*.

26. V. VERNA, foliis inferioribus subpinnatifidis, sequentibus tripartitis, floralibus lineari-lanceolatis indivisis pedunculo longioribus, calyce brevioribus. *Engl. bot.* 25. *Fl. dan.* 252. *Sturm* I. 13.

Cum prioribus copiose eodem tempore. ⊙

Caulis *hirtus strictus subramosus digitalis*: folia *omnia subsessilia*; calyces *maximi*, corolla *coerulea*.

* 27. V. ACINIFOLIA, foliis inferioribus oblongis obtusis subcrenatis, floralibus lineari-lanceolatis integris pedunculo brevioribus. *V. romana Allion. fl. pedem. t.* 85. *f.* 2.

In agris editioribus prope Horneburg, Tscheplitz, Hohenthurm et Landsberg. Maio. ⊙

Caulis *digitalis pilosus subsimplex*: folia *infima subpetiolata*: flores *pallide coerulei*.

7. GRATIOLA.

28. GR. OFFICINALIS, foliis lanceolatis sessilibus serrulatis subtrinerviis, pedunculis axillaribus. *Fl. dan.* 363.

In pratis humidis inter Radewell et Schkopa, ad Roitsch, Karsdorf, sed rarius. Iul. Aug. ♃

Radix *repens articulata*: caules *simplices dodrantales ut et folia glabri*: flores *rubicundo-flavidi*.

8. UTRICULARIA.

29. U. VULGARIS, nectario conico, labio superiori lateribus reflexo longitudine palati, scapo stricto. *Fl. dan.* 138. *Engl. bot.* 253. *Sturm* I. 13.

In paludibus turfosis. Ipse nunquam florentem, nisi in Pomerania et Megapolitano ducatu, vidi; reperi tamen folia plantae bullis stipata in palude ad Löberbach inter Benndorf et Holzweisig. *Lentibulariam* Rivin. indicat suo tempore *Rehfeldtius* 56. im Zwinger am Rannstädtschen Thore et im Passendorfschen Teiche, ubi et *Buxbaumius* 183. reperisse videtur. At hodie neutrubi superest.

9. LYCOPUS.

50. L. EUROPAEUS, foliis ovato-lanceolatis basi subpinnatifidis sinuato-serratis villosiusculis. *Curt. n.* 34. *Fl. dan.* 1081. *Engl. bot.* 1105.

In fossis et rivulis in Wörmlitz, Nietleben, Granau et alibi. Iul. ♃

Caulis *cubitalis ramosus*: flores *verticillati albidi flavo punctati.*

10. SALVIA.

51. S. PRATENSIS, foliis cordato-oblongis inciso-crenatis superioribus amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. *Engl. bot.* 153.

In pratis, pascuis, collibus, nemoribus ipsis vulgatissima. Iun. ♃

Caulis *subhirsutus tetragonus*: folia *rugosa, inferiora petiolata*: bracteae *parvae cordatae*: verticilli *sexflori*: corolla *coeruleo-violacea, galea punctis glutinosis adspersa.*

52. S. SYLVESTRIS, foliis cordato-lanceolatis rugulosis inaequaliter duplicato-crenato-serratis superne nudiusculis, caule calyceque villosis. *Jacqu. austr. t.* 212.

Ad margines agrorum et vinearum prope Langenbogen, Bennstädt, Kölme, Höhnstädt, Neehausen, Freyburg. Iul. ♃

Folia *infima longe petiolata, suprema semiamplexicaulia, subtus tenuiter tomentosa*: verticilli *sex-*

flori: bracteae *purpureae:* corolla *coerulea, galea punctis albidis adſperſa.*

33. S. NEMOROSA, foliis cordato-lanceolatis aequaliter ſerratis, caule calyceque incanis, bracteis longitudine calycis.

In coemeterio Erdebornenſi et in Lochwitz vor Gerbſtädt. Aug. ♃

Differt a priore canitie, quum S. ſylveſtris villoſa ſit; differt foliis anguſtioribus aequaliter ſerratis.

Horminum ſylveſtre minus ſalvifolium C. Bauhin. invenerunt Knauth. 102. bei Giebichenſtein, an der Heide, Buxb. 161. in limitibus agrorum et vinearum ad Kölme et Rolsdorf, Rupp. 221. bei Erdeborn et Eisleben. Leyſſerus vero invenire nequivit. Mihi adlata fuit ex locis indicatis ab auditoribus Fiſchero et Schraubio.

11. CIRCAEA.

34. C. LUTETIANA, caule erecto, foliis ovatis denticulatis opacis pubeſcentibus. *Curt. n. 34. Fl. dan. 210. Engl. bot. 1056.*

In ſylvis caeduis humentibus, nemoribus umbroſis auf der Rabeninſel bei Bölberg, am nördlichen Ende derſelben copioſiſſime, im Beichlitzer Holze, bei Horneburg und Erdeborn, bei Brehna und Holzweiſig, in der Schleberoder Giehle. Iulio. ♃

Caulis *erectus cubitalis, pubeſcens parum ramoſus:* folia *remota margine ſubrepanda, opaca (non nitida ut C. alpinae) pubeſcentia (quandoque glabra):* racemus *terminalis nudus, floribus albo-rubentibus adſpectu gratis.*

12. FRAXINUS.

35. FR. EXCELSIOR, foliis pinnatis quadriiugis, foliolis ſubſeſſilibus oblongo-lanceolatis attenuatis ſerratis. *Fl. dan. 969. Schk. t. 357.*

Ad pagos, in nemoribus ad Gutenberg, Döllnitz, Collenbey. Apr. ♃

Arbor *excelſa, cortice cinereo, gemmis magnis nigris: poſt antheſin demum frondeſcit, primis pruinis deiicit folia.* Flores *polygami, feminei rariſſimi. Maſculi et hermaphroditi nudi; interdum tamen calyces quadri- aut quinquedentati occurrunt antheris binis ternisve onuſti.* Samarae *oblongo lanceolatae ſub 1-ſpermae.*

13. LEMNA.

36. L. minor, foliis ſeſſilibus ovalibus utrinque planiusculis. *Mich. tab. XI. fig. 2. Engl. bot.* 1095. *Schk. t.* 281.

In aquis ſtagnantibus, foſſis etc. vulgatiſſima. Iul.

37. L. gibba, foliis ſeſſilibus ſubtus hemiſphaericis, radicibus ſolitariis. *Engl. bot.* 1233. *Wolff Lemna fig.* 11 — 15.

Iisdem locis cum priore eodem tempore.

38. L. polyrrhiza, foliis ſeſſilibus ſubrotundis, ſupra leviter ſulcatis, ſubtus ſubrugoſis, radicibus confertis. *Mich. l. c. fig.* 1. *Wolff l. c. fig.* 16 — 21. *Schk. t.* 281.

39. L. trisulca, foliis petiolatis lanceolatis proliferis. *Mich. l. c. fig.* 5. *Wolff l. c. fig.* 1 — 3. *Engl. bot.* 926.

In foſſis, ſtagnis et lacubus, prope Bruckdorf et Dieskau, auf dem Badeplatz etc. Florentem nondum ipſe vidi: viderunt *Turnerus (Smith. fl. brit. III. p.* 956.*)* et *Wolffius (l. c. p.* 22.*)*

In aliis ſpeciebus polygamos ſemper flores obſervavi. Radicularum calyptrae aut claviculi in aliis monocotyledonibus omnino occurrunt. (Anleit. zur Kenntniſs d. Gewächſe, B. III. S. 27, 28.*)*

DIGYNIA.

14. ANTHOXANTHUM.

40. A. odoratum, ſpica ovato-oblonga, floſculis pedunculatis ariſta longioribus. *Hoſt gram. auſtr. I. t. 5. Curt. n. 9. Schrebers Gräſer, t. 5. Sturni I. 4.*

In pratis, paſcuis, nemoribus, ad vias ubique. Maio, Iun. ♃

Gramen *foenile optimum*, *ſuaveolens*, culmo *pedali*, foliis *mollibus*, *raro piloſis*, ligula *lanceolata*, ſpica *pollicari*, antheris *rubicundis*: corollula *ſubtiliſſima hyalina germen amplectente.*

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

15. VALERIANA. *Cal.* maturus pappum plumoſum ſiſtens. *Cor.* 1-petala 5-fida baſi gibba. *Sem.* 1 calyce corticatum.

16. FEDIA. *Cal.* 3—5-dentatus. *Cor.* 1-petala 5-fida. *Capſ.* coronata 3-locularis, loculo unico fertili.

17. IRIS. *Spatha* 1-aut multiflora. *Cor.* 6-partita, laciniis alternis reflexis. *Styli* pars ſuperior trifida petaliformis,

ſtigmate plicaeformi ſub quavis ſtyli lamina. *Capſ.* 3-locularis.

18. GLADIOLUS. *Spatha* 2-valvis 1-flora. *Cor.* 6-partita ſubringens. *Stamina* ſub labio ſuperiori ante ſtylum, curvata. *Stigma* 3-fidum. *Capſ.* 3-locularis.

** Flores inferi *graminei: ſemen unicum.*

* Cyperoideae: *glumae ſimplices univalves.*

19. SCHOENUS. *Glumae* paleaceae congeſtae, inferiores ſteriles. *Sem.* ſubrotundum, baſi ſetis obvallatum.

20. CYPERUS. *Glumae* paleaceae diſtiche imbricatae. *Sem.* imberbe.

21. SCIRPUS. *Glumae* convexae undique in ſpicas ovatas congeſtae. *Semen* nucamentaceum, ſetis ad baſin obvallatum.

22. ERIOPHORUM. *Glumae* convexae undique in ſpicas ovatas congeſtae. *Semen* nucamentaceum, pappo ad baſin capillari.

Gramineae: *glumae 2-valves.*

23. NARDUS. *Gluma* ſimplex. *Semen* gluma tectum.

DIGYNIA.

* *Glumae uniflorae vagae.*

24. PANICUM. *Gluma ext.* 3-valvis, valvula tertia minima. *Gluma int.* 2-valvis mutica perſiſtens.

25. ALOPECURUS. *Gluma ext.* 2-valvis. *Glum. int.* 1-valvis, apice ſimplici verſus baſin ariſtata.

26. PHLEUM. *Glum. ext.* 2-valvis truncata bicuſpidata. *Glum. int.* 2-valvis, valvis acutiusculis.

27. PHALARIS. *Glum. ext.* 2-valvis, valvis carinatis aequalibus. *Glum. int.* 2-valvis in externa latens.

28. MILIUM. *Glum. ext.* 2-valvis, ventricoſa. *Glum int.* 2-valvis perſiſtens.

29. AGROSTIS. *Glum. ext.* 2-valvis, valvis acutis. *Glum. int.* 2-valvis caduca.

30. STIPA. *Glum. ext.* 2-valvis. *Glum. int.* 2-valvis, valva altera ariſta tortili longiſſima baſi articulata.

31. ANDROPOGON. *Gluma* hermaphrodita ſeſſilis cum maſcula pedicellata: *ext.* 2-valvis mutica cartilaginea,

interna 2-valvis, ☿ ariſtata, ariſta tortili, ♂ mutica.

** Glumae *2-florae vagae.*

32\. AIRA. *Glum. ext.* 2-valvis. *Glum. int.* 2-valves ſemini maturo adnaſcentes.

33\. MELICA. *Glum. ext.* 2-valvis, valvis ovatis concavis. *Glum. int.* binae 2-valvis, cum rudimento tertiae.

34\. HOLCUS. *Glum. ext.* 2-valvis, valves lanceolatis. *Glum. int.* binae, altera hermaphrodita mutica, altera maſcula ariſtata.

*** Glumae *multiflorae vagae.*

35\. DACTYLIS. *Glum. ext.* 2-valvis compreſſa, valva maiore carinata. *Glum. int.* 2-valvis, valva interiore acuta bifida.

36\. POA. *Glum. ext.* 2-valvis. *Glum. int.* 2-valvis, valvis ovatis acutiusculis muticis margine ſcarioſis.

37\. SESSLERIA. *Glum. ext.* 2-valvis ſubtriflora ariſtata. *Glum. int.* 5-dentata.

38\. BRIZA. *Glum. ext.* 2-valvis cordata obtuſa. *Glum. int.* ventricoſa cordata obtuſa perſiſtens.

39\. FESTUCA. *Glum. ext.* 2-valvis acuminata. *Glum. int.* 2-valvis acuminata, ariſta ſi adeſt ex ipſo apice valvarum.

40. BROMUS. *Glum. ext.* 2-valvis acuminata. *Glum. int.* 2-valvis, valva exteriore infra apicem ariſtata, interiore ciliata.

41. AVENA. *Glum. ext.* 2-valvis acuta. *Glum. int.* 2-valvis teretiuscula perſiſtens, valva exteriore e dorſo ariſtam tortilem geniculatam emittente.

42. ARUNDO. *Glum. ext.* 2-valvis. *Glum. int.* 2-valvis, baſi lanugine cincta, perſiſtens.

**** Glumae *ſpicatae:* corollae *priorum:* rhachis *ſcrobiculata.*

43. LOLIUM. *Glum. ext.* 1-valvis multiflora, ſubulata. *Glum. int.* 2-valvis acuminata.

44. CYNOSURUS. *Involucrum* monophyllum laterale. *Glum. ext.* 2-valvis multiflora. *Glum. int.* 2-valvis.

45. TRITICUM. *Glum. ext.* 2-valvis multiflora. *Glum. int.* 2-valvis ſubperſiſtens. *Rhachis* dentata.

46. HORDEUM. *Involucr.* 6-phyllum 3-florum. *Glum.* ſimplices, 2-valves ariſtatae perſiſtentes.

***** Flores *inferi incompleti.*

47. POLYCNEMUM. *Cal.* duplex, externus 2-phyllus, internus 5-phyllus foliolis paleaceis. *Utriculus* 1-ſpermus.

TRIGYNIA.

48. MONTIA. *Cal.* 2 phyllus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 3 valvis 3-ſperma.

49. HOLOSTEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* ſubcylindrica apice dehiſcens.

† *Iuncus conglomeratus ſubverticillatus (VI.) Carex. Sparganium. Typha. Amarantus Blitum. (XVIII.)*

MONOGYNIA.

15. VALERIANA.

41. V. DIOICA, foliis radicalibus ovalibus ſubſerratis, caulinis lyrato-pinnatis. *Curt. n.* 47. *Fl. dan.* 687. *Sturm I.* 9.

In pratis humidis et paluſtribus frequens, ad Nietleben, Canena, Bruckdorf, Seeben, Gutenberg etc. Maio, Iun. ♃

Planta *ſpithamea vel dodrantalis, maſcula minor, nonnunquam vere hermaphrodita:* flores *dilute carnei.*

42. V. OFFICINALIS, foliis omnibus pinnatis, foliolis lanceolatis ſubuniformibus dentatis. *Curt. n.* 67. *Fl. dan.* 570. *Sturm I.* 9.

Ad fluviorum ripas et in nemoribus elatioribus, ſylvis caeduis: Zorgs, Lindberg, Mittel- und Rockenholz, Hackenholz bei Mücheln etc. Iunio, Iulio. ♃

Quae in ſylvis provenit, humanam ſaepe altitudinem ſuperat, odore gravi aromatico radicis ilico cognoſcitur: flores *carnei aut albidi.*

16. FEDIA.

43. F. OLITORIA, caule dichotomo, foliis oblongis obtuſis, rariter ſerrato-inciſis, fructu nudo. *Curt. n. 54. Sturm I. 2.*

In hortis, pomariis, agris cultis frequens. Aprili, Maio.

44. F. DENTATA, caule dichotomo divaricato, foliis oblongis ſubſerratis, fructu tridentato, dentibus binis breviſſimis. *Engl. bot.* 1370.

Iisdem cum priore locis eodem tempore.

Utraque haec ſpecies ſub Valeriana Locuſta L. latet. Equidem ſequor Gärtnerum, qui primus diſtinxit.

17. IRIS.

* 45. I. PUMILA, barbata, ſcapo unifloro foliis enſiformibus breviori, tubo exſerto, corollae laciniis oblongis obtuſis. *Iacqu. flor. auſtr. I.* 1.

In muris limoſis ad Querfurt et Leimbach. Iun.

Floris purpureo-coerulei partes ratione ſcapi longiſſimae.

46. I. SQUALENS, barbata, ſcapo multifloro foliis enſiformibus altiori, laciniis corollae deflexis replicatis, erectis emarginatis. *Iacqu. l. c.* 5.

In muris limoſis ad Querfurt, in vineis ad Kölme, Höhnſtädt, Freyburg paſſim. Iun. ♃

Corolla *lutea:* laciniae *deflexae venis reticulatis fuſco-violaceis, erectae et ſtyli pars ſuperior ſordide luteae.*

47. I. GERMANICA, barbata, ſcapo multifloro foliis enſiformibus falcatis longiori; laciniis corollae internis integerrimis, tubo germen excedente. *Blackwell t.* 69.

In nemoribus et ſylvis ad Dölau, Lieskau, Rocken- und Mittelholze, in der Brennau bei Fienſtädt etc. Iun. ♃

Corolla *plerumque purpureo-violacea.*

48. I. PSEUDACORUS, imberbis, foliis enſiformibus, laciniis corollae alternis ſtylo inciſo minoribus. *Curt. n.* 33. *Fl. dan.* 494.

Ad ripas Salae, in foſſis ad Paſſendorf, Nietleben, auf der kleinen Wieſe et alibi vulgatiſſima. Iun. ♃

Corolla *conſtanter lutea unicolor*, ſpathae *longiores virides.*

49. I. SIBIRICA, imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germine trigono. *Iacqu. l. c.* 3.

In pratis et nemoribus humidiusculis ad Seeben, Dölau, Nietleben, in der Lucke, dem Beichlitzer Holze et alibi. Iun. ♃

Corolla *coerulea, rarius albida.*

18. GLADIOLUS.

50. GL. COMMUNIS, ſpathis tubo longioribus, floribus ſecundis, foliis enſiformibus nervoſis.

In pratis ſylvaticis ad Brehna, Löbejün, im Branderoder Holze rarius. Iun. ♃

Flores *roſei, purpurei.*

Cyperoideae: *glumae ſimplices 1-valves.*

19. SCHOENUS.

51. SCH. ALBUS, culmo ſubtriquetro folioſo, foliis linearibus, floribus faſciculatis. *Schk. t.* 7. *Fl. dan.* 320.

In paludibus turfoſis ad Dölau et Benndorf am Löberbach bei Delitzſch, copioſiſſime. Iul. Aug. ♃

Radix *tuberoſa:* culmus *dodrantalis:* flores *congeſti albidi, bracteis albeſcentibus.*

20. CYPERUS.

52. C. FLAVESCENS, culmo trigono nudo, umbella subcomposita triphylla, spicis confertis lanceolatis, glumis obtusis. *Host III. t.* 72. *Schk. t.* 7.

In inundatis, pratis humidis cum Iunco bufonio et Sagina procumbente, auf der grossen Wiese, auf dem Görz bei Wörmlitz, hinter Gutenberg. Aug. Sept. ⊙

Planta *palmaris*, foliis *carinatis glabris mucronatis*: vaginulis *truncatis rubellis ad pedunculorum basin. Nonnunquam spiculae binae aut unica sessilis ad culmi apicem involucrum duntaxat diphyllum habent.*

53. C. FUSCUS, culmo trigono basi folioso, umbella composita triphylla, spicis linearibus confertis, glumis acutis imbricatis. *Host III. t.* 73. *Fl. dan.* 179. *Schk. t.* 7.

In inundatis auf der kleinen Wiese bei der Schleuse. Aug. ⊙

Simillimus priori, sed spiculae minores angustiores nigrescentes, glumis *acutis linearibus.*

21. SCIRPUS.

* *Spica unica.*

54. Sc. PALUSTRIS, culmo tereti nudo, spica subovata terminali, radice repente. *Host III. t.* 55. *Fl. dan.* 273. *Engl. bot.* 131. *Sturm I.* 9.

In pratis, pascuis, fossis copiosissime. Maio, Junio. ♃

Varietas occurrit culmo vix palmari, *Sc. acicularis fl. dan.* 167.

* 55. Sc. CAESPITOSUS, culmo tereti striato basi vaginato multiplici-squamoso, spica terminali, glumis exterioribus maximis. *Host III. t.* 59. *Sturm I.* 10.

In paludibus prope Lieskau, Liederſtädt, ad Crumpa an der Göſel. Iul. ♃

E radice fibroſa caeſpitoſa culmi numeroſi ſimpliciſſimi, digitales palmares dodrantales, baſi ſquamis membranaceis albido-fuſcis obvallati ſurgunt, ſine foliis radicalibus apice ſpicam parvam rufam gerentes. Glumae *duae exteriores, parumper inaequales totam ſpicam aequant.*

*56. Sc. PAUCIFLORUS, culmo tereti ſtriato nudo baſi vaginato, foliis radicalibus culmum ſubaequantibus, ſpica terminali pauciflora, glumis exterioribus minoribus. *Sc. Baeothryon Linn. ſuppl.* 103. *Hoſt III. t.* 58. *Sturm I.* 10? *Engl. bot.* 1122.

In pratis uliginoſis, auf der Jungfernwieſe am Graben, ad lacum Kölmenſem. Iun. ♃

E radice caeſpitoſa culmi ſimpliciſſimi ſemi-digitales teretes, graciles, baſi nudi, foliis radicalibus culmo ſimilibus, ſurgunt, ſpicam ſub 4-floram apice gerunt, cuius glumae exteriores minores ſunt.

57. Sc. ACICULARIS, culmo ſubquadrangulo, baſi vagina mutica, foliis radicalibus filiformibus culmum ſubaequantibus, ſpica ovata acuta terminali, glumis exterioribus maioribus. *Hoſt III. t.* 60. *Sturm I.* 10. *Fl. dan.* 287.

In locis inundatis ſub aquis purioribus, auf der groſsen Wieſe, ad Trebnitz. Iul. Aug. ♃

Radix *fibroſa caeſpitoſa.* Culmus *tenuiſſimus vere quadrangularis, ſimpliciſſimus, bi-triuncialis:* folia *culmo conformia radicalia:* ſpica *exigua viridi-ferruginea:* ſemina *vero baſi ſetoſa, ſetis quatuor, tempore deciduis.*

** *Culmo tereti polyſtachyo.*

58. Sc. LACUSTRIS, culmo nudo, panicula cymoſe decompoſita terminali, ſpiculis ovatis. *Hoſt III. t.* 61. *Fl. dan.* 1142.

In aquis purioribus fluviorum, finubus, ftagnis et lacubus fatis frequens. Iul. ♃

Radix *repens horizontalis valida*; culmi *recti nudi*, 4- 5-*pedales glabri; variat culmo hinc complanato.*

59. Sc. CARICIS, culmo teretiusculo nudo, fpica difticha compreffa involucro monophyllo breviore: fpiculis multifloris. *Schoenus compreffus L. Carex uliginofa L. Hoft III. t.* 57.

In pratis humidis umbrofis ad Gutenberg, Nietleben et Granau. Iun. ♃

Culmus *femipedalis, infra teretiusculus, fub fpica triqueter;* folia *radicalia linearia carinata;* fpica *viridi-fufca.*

60. Sc. SETACEUS, culmo nudo fetaceo, fpicis lateralibus fubgeminis feffilibus ebracteatis, feminibus imberbibus. *Hoft III. t.* 65. *Fl. dan.* 311. *Sturm I.* 10.

In glareofis inundatis ad lacum dulcem: femel quoque ad ripas Salae hinter den Königl. Salinen. Iul. ♃

*** *Culmo triquetro, panicula foliacea.*

61. Sc. MARITIMUS, culmo foliofo, panicula conglobata foliacea terminali, glumis mucronatis lacero-trifidis. *Curt. n.* 48. *Hoft III. t.* 67. *Engl. bot.* 542. *Sturm I.* 13.

In foffis et paludibus copiofe. Iul. ♃

Radix *repens nodofa.* Culmi *tripedales foliofi, angulis afperis;* folia *linearia longiffima margine fcabra;* fpicae *badiae, glumis apice mucronatis incifis.*

62. Sc. SYLVATICUS, culmo foliofo, cyma foliacea terminali, pedunculis nudis fupradecompofitis, fpicis confertis. *Hoft III. t.* 68. *Fl. dan.* 307.

In foſſis et nemoroſis humidis ad Seeben, Gutenberg, in der Lucke, minus frequens. Iun. Iul. ♃

Spicae *fuſco-virides.*

22. ERIOPHORUM.

* 63. E. VAGINATUM, culmis vaginatis teretiusculis, ſpica ſolitaria, glumis ſcarioſis. *Hoſt I. t.* 39. *Curt. n.* 37. *Fl. dan.* 236. *Sturm I.* 10.

In palude turfoſa ad Oberſchmon, bei Lodersleben am breiten Saal, rarius. Apr. ♃

Culmi *caeſpitoſi, obſolete trigoni vel teretiusculi, vagina altera ad baſin inflata membranacea mucronulata, altera altiore aphylla obtuſa circumdati:* folia *omnia radicalia, baſi membranacea vaginantia:* glumae *omnes plumbeae.*

64. E. POLYSTACHYON, culmis teretibus folioſis, foliis planis, ſpicis pluribus pedunculatis, radice fibroſa. *Engl. bot.* 563. *E. latifolium Hopp. Sturm I.* 10.

In pratis uliginoſis copioſe, ad Paſſendorf, Nietleben etc. Maio. ♃

Radix *fibroſa, nec repens.* Folia *lanceolata verſus apicem acute carinata, baſi vaginantia.* Spicae *poſt antheſin lana copioſa ſemina cingente e longinquo conſpicua.*

65. E. ANGUSTIFOLIUM, culmis teretibus folioſis, foliis canaliculatis apice triquetris, ſpicis pedunculatis, radice repente. *Curt. n* 37. *Hoſt I. t.* 37. *Engl. bot.* 564. *Sturm I.* 10.

In pratis uliginoſis bei Gutenberg, Trebnitz. Maio. ♃

Gramineae: *gluma 2-valvis.*

23. NARDUS.

66. N. STRICTA, ſpica ſetacea recta ſecunda. *Hoſt II. t.* 4. *Schreb. t.* 7. *Fl. dan.* 1022. *Engl. bot.* 290. *Schk. I.* 9.

In ericetis ſabuloſis hinter der Heide, bei Dölau an der Nordſeite der Heide; bei Kröllwitz auf dem Ochſenberge etc. frequens. Iul. ♃

Planta *tota culmo*, *foliis*, *ſpica rigida*; folia *anguſtiſſima tetragona glaucеſcentia*, *pubeſcentia*; glumae *cinereae ariſtatae ſcabrae*.

DIGYNIA.

24. PANICUM.

67. P. VERTICILLATUM, ſpica verticillata, ſpiculis quaternis, involucellis unifloris biſetis ſcabris, culmis diffuſis. *Hoſt II. t.* 13. *Curt. n.* 44.

In hortis et agris cultis vulgare. Iun. Iul. ⊙

Folia *margine ſcabra*, *ligula breviſſima ciliari*; involucella *flore duplo longiora*.

68. P. VIRIDE, ſpica cylindrica, ſpiculis confertis, involucellis bifloris multiſetis, ſetulis surſum aculeatis, gluma interna glabriuscula. *Hoſt II t.* 14. *Curt. n.* 44. *Fl. dan.* 852. *Leers tab. II. fig.* 2.

In arvis, maxime arenoſis, minus frequens, ad Trotha etc. Iul. ⊙

Culmi *ſcabri geniculati*; folia *lato-lanceolata aſpera ſubundulata*; ligula *piloſa*; glumae *nec nervoſae nec rugoſae*, *ſed lente cominus conſpectae ſcabriusculae*; invôlucelli *ſetae longitudine varia*.

69. P. GLAUCUM, ſpica cylindrica, ſpiculis confertis, involucellis bifloris multiſetis, ſetulis glabriusculis, glumis internis transverſe ruguloſis. *Hoſt II. t.* 16. *Schreb. t.* 25.

In agris cultis et hortis ſatis copioſe. Iun. Iul. ⊙

Differt a priori: foliorum glauco colore, *culmo ſub ſpica ſulcato*, *involucellorum ſetis glabriusculis flavidis conſtanter duplo floſculos excedentibus*, *maxime vero glumis internis non glabriusculis ſed transverſe ruguloſis*.

70. P. Crus galli, ſpica decompoſita, ſpiculis alternis coniugatisque ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, pedunculo angulato. *Hoſt II. t.* 19. *Leers tab. II. fig.* 3.

In hortis et agris cultis frequens. Iul. ⊙

Rhachin *quinquangularem, qualem Linnaeus vult, eum praeceptore Weigelio, Leyſsero et Smithio, rarius obſervavi;* hinc *inter P. Crus corvi et Crus galli nulla certa differentia.*

71. P. sanguinale, ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis, floribus geminis muticis, altero pedicellato, vaginis foliorum punctatis. *Hoſt II. t.* 17. *Curt. n.* 41. *Schreb. t.* 16. *Fl. dan.* 388.

In hortis et agris cultis frequens. Iun. Iul. ⊙

Culmi *decumbentes geniculati;* vaginae *foliorum piloſae ſubtuberculatae;* ſpicae *umbellatae lineares,* rhachi *flexuoſa alata.*

25. ALOPECURUS.

72. A. pratensis, culmo erecto laevi, ſpica ſubpaniculata denſa, glumis externis villoſis baſi connatis. *Hoſt II. t.* 31. *Curt. n.* 50. *Schreb. t.* 19. *f.* 1. *Leers tab. II. f.* 4. *Sturm I.* 8.

In pratis humentibus et pomariis. Maio, Iun. ♃

Glumae *internae pariter ariſtatae ac in aliis ſpeciebus, hinc falſa differentia;* corollae muticae.

73. A. agrestis, culmo erecto ſcabriusculo, ſpica ſimplici gracili, glumis nudiusculis baſi connatis carina dilatatis. *Hoſt III. t.* 12. *Schreb. t.* 19. *f.* 2. *Curt. n.* 17. *Leers t. II. f.* 5.

In hortis, pratis editioribus, ad vias ſatis copioſe. Iun. ⊙?

74. A. geniculatus, culmo adſcendente geniculato, ſpica ſubpaniculata cylindrica, glumis retuſis piloſis. *Hoſt II. t.* 32. *Curt. n.* 57. *Engl. bot.* 1250. *Fl. dan.* 861. *Leers t. II. f.* 7.

In aquis ſtagnantibus frequens: e. g. auf dem Badeplatz, bei Nietleben etc.

26. PHLEUM.

75. Phl. pratense, ſpica cylindrica longiſſima, glumis dorſo ciliatis ariſta longioribus, culmo erecto, radice fibroſa. *Hoſt III. t.* 9. *Schreb. t.* 14. *Engl. bot.* 1076. *Leers t. III. f.* 1.

In pratis ubique. Aeſtate. ♃

76. Phl. nodosum, ſpica cylindrica, culmo adſcendente, radice bulboſa. *Fl. dan.* 380. *Leers t. III. f.* 2.

In apricis, ad margines nemorum et ſylvarum: e. g. der Heide, bei Gutenberg. Aeſtate. ♃

27. PHALARIS.

77. Ph. phleoides, panicula ſpicaeformi cylindrica, glumis lineari-lanceolatis glabriuſculis, margine interiori retuſo, culmo ſimplici. *Hoſt II. t.* 34. *Fl. dan.* 531. *Engl. bot.* 459.

In campis elatis arenoſis, pratis editioribus, vor der Heide, auf dem Biſchofsberge, bei Gutenberg. Iun. Iul. ♃

28. MILIUM.

78. M. effusum, floribus paniculatis diffuſis muticis. *Hoſt III. t.* 22. *Curt. n.* 43. *Fl. dan.* 1143. *Engl. bot.* 1106. *Leers t. VIII. f.* 7.

In nemoroſis humidis frequens. Iun. Iul. ☉

29. AGROSTIS.

* *Ariſtatae.*

79. A. Spica venti, panicula patula capillari ramoſiſſima, glumae internae ariſta longiſſima ſtricta. *Hoſt III. t.* 47. *Fl. dan.* 853. *Leers t. IV. f.* 1.

Inter ſegetes, ſolo arenoſo ſubhumido copioſe. Iun. Iul. ☉

80. A. ARUNDINACEA, panicula elongata, glumae internae basi subvillosae arista rectiuscula glumam externam excedente.

In montosis nemorosis, dem Mittelholze, der Brennau non infrequens. Iul. ♃

Culmi 3-*pedales aut orgyales teretes glabri*; folia *linearia involuta retrorsum scabra glaucescentia, vaginis glabris, ligulis subnullis.* Panicula *plusquam dodrantalis, lanceolata elongata, albido rutilans, ramis subdivisis scabriusculis.* Gluma externa *patula glabra, internam superans, valvis acuminatis subscariosis*; gluma interna *viridis glabra versus basin pilis nonnullis, apice valvulae alterius arista rectiuscula, quae glumam externam superat.*

Huc etiam Arundo Calamagrostis Leyss.

81. A. CANINA, panicula semiverticillata, glumae internae nudae arista incurva glumam externam coloratam excedente, culmo decumbente ramoso. *Fl. dan.* 161? *Leers t. IV. f.* 2.

In pratis humidis, pascuis et pomariis. Iun. Iul. ♃

* 82. A. COMPRESSA, panicula verticillata coarctata, glumae internae aristula minima occultata, culmo adscendente. *Willd. A. dubia Leers t.* 4. *f.* 4.

In montosis apricis sylvaticis an der Heide rarius. Iul. ♃

Radix *subrepens.* Culmi *pedales aggregati teretes glabri foliosi.* Folia *radicalia angustissima setacea scabra, culmea paullo latiora brevia scabra longe vaginantia, vagina glabra*; ligula *integra obtusa.* Panicula *lanceolata coarctata, ramis verticillatis hispidiusculis.* Pedicelli *apice incrassati.* Gluma *externa internam longe excedens colorata, valvulis carina scabris lanceolatis*; gluma

interna hyalina, valvulis obtusiusculis, altera infra apicem brevissime aristata, aristula *flexuosa plerumque ita occultata, ut nonnisi lente augente conspiciatur.*

Auctoritate Willdenowii distinxi, licet adfinitas insignis cum A. canina adsit.

83. A. ALPINA, panicula oblonga subcoarctata, glumis hispidiusculis coloratis, internae valvula altera truncata aristata, arista geniculata glumam externam excedente, foliis inferioribus setaceis, superioribus planiusculis. *Leyss. in Abh. der Hall. naturf. Gesellsch. I. p.* 364. *Host. III. t.* 49.

In rupibus ad Kröllwitz. Iun. ☉

** *Muticae.*

84. A. VULGARIS, panicula patente, ramulis divaricatis capillaribus, glumis aequalibus, internae valvula altera duplo breviore retusa, altera apice 3-fida. *A. capillaris Fl. dan. t.* 153. *Leers t. IV. f.* 3. *(nec L. cf. Smith. ic. ined. t.* 54.*)*

In pratis, pomariis, versuris agrorum et nemoribus herbidis vulgaris. Iun. ♃

85. A. STOLONIFERA, panicula oblonga coarctata glumis patenti-divaricatis, valvulis aequalibus lanceolatis extus pubescentibus, culmo ramoso repente. *Fl. dan.* 564. *(sat mediocris!) Leers t. IV. f.* 6.

In nemoribus et pratis humidis umbrosis. Iun. ♃

86. A. ALBA, panicula oblonga laxiuscula, glumarum congesto-verticillatarum valvulis aequalibus lineari-lanceolatis nitidis carina scabris, culmo adscendente radicante. *Engl. bot.* 1189. *Leers t. IV. f.* 5.

Huius varietas est A. sylvatica Huds., quae differt glumis magis spadiceis, internis post anthesin elongatis incrassatis.

In pratis paludosis et nemoribus humentibus, ad Seeben, Dölau, Lieskau infrequens. Iun. Iul. ♃

30. STIPA.

87. St. pennata, aristis lanatis. *Moris. sect. VIII. tab. 7. f. 9.*

In montosis et rupestribus apricis ad Kröllwitz, der Heide et alibi frequens. Iun. ♃

88. St. capillata, aristis nudis curvatis, glumis coloratis semine longioribus, foliis planiusculis intus pubescentibus. *Host III. t. 5.*

In collibus siccis aridis apricis hinter der Heide, ad Bennstädt, Kölme etc. Iun. ♃

31. ANDROPOGON.

89. A. ischaemum, spicis digitatis plurimis, pedicellis villosis, aristis geniculatis nudis. *Host II. t. 3. Schreb. t. 33.*

In collibus apricis ad Kröllwitz, ad vias bei Bennstädt, am Zorgs copiose. Iul. Aug. ♃

32. AIRA.

* *Muticae.*

90. A. cristata, panicula spicaeformi, glumis pubescentibus pedunculo longioribus, internis acuminatis inaequalibus. *Poa cristata Leyss. Host II. t. 75.*

In collibus apricis, ad vias ubertim. Iun. ♃

Quam recte Linn. spec. pl. Airam vocaverat, quum glumae plerumque biflorae sint, neque fere unquam quadriflorae, eam alii perperam ad Poam traduxerunt. Restituit antiquum genus Smith. Glumarum mucro quandoque in brevem aristam transit.

91. A. aquatica, panicula patente, glumis internis laevibus obtusis externas excedentibus, foliis planis. *Host II. t. 41. Curt. n. 10.*

In foſſis et paludibus ad Paſſendorf, maxime an der Salzke. Iul. ♃

** *Ariſtatae.*

92. A caespitosa, panicula patente, ramis verticillatis, glumis internis baſi ſubvilloſis, ariſta recta. *Hoſt II. t.* 42. *Leers t. IV. f.* 8.

In pratis humentibus abundat. Iul. Aug. ♃

93. A. flexuosa, panicula patente ſubtrichotoma, pedunculis flexuoſis, glumis internis baſi villoſis, ariſtis geniculatis, foliis radicalibus ſetaceis. *Hoſt II. t.* 43. *Schreb. t.* 30. *Fl. dan.* 157. *Leers t. V. f.* 1.

In nemoribus montoſis Zorgs, Lindberg, Heide, Hackenholz, Mittelholz etc. Iul. ♃

Culmus *cubitalis*, *plerumque nudiusculus aut parum folioſus*, folia *radicalia ſetacea ſcabra glauca:* panicula *nitida glumis vel ſubſpadiceis vel pallidis:* glumae *internae conſtanter baſi villis cinctae, quibus itaque nullum certum diſcrimen inter A. montanam et flexuoſam ſtatuitur: neque pedunculi ſemper admodum flexuoſi, ſed in nemoribus maxime montoſis rectiusculi obſervantur. Ceteroquin A. montana L. nec in Britannia, nec in Germania etiamnum obſervata eſt. Etenim, quam ſic vocant Leerſius, Hofmannus, Hudſonius, Witheringius, noſtrae adiudicanda eſt.*

94. A. canescens, panicula coarctata, ariſtis apice incraſſatis medio barbatis, culmo folioſo adſcendente, foliis ſetaceis longe vaginantibus. *Fl. dan.* 1023. *Engl. bot.* 1190. *Schk. I. t.* 12.

230. V. thapsus, foliis decurrentibus utrinque tomentofis, caule fimplici. *Fl. dan.* 631. *Engl. bot.* 549.

In ruderatis fterilibus paffim. Iul. Aug. ♂

231. V. phlomoides, foliis ovatis utrinque tomentofis, inferioribus petiolatis, fuperioribus feffilibus.

In ſaxoſis aſperis ad Giebichenſtein, Kröllwitz, auf der Peiſsnitz, ad Freyburg. Iun. Iul. ♂

232. V. LYCHNITIS, foliis cuneiformi-oblongis ſupra denudatis ſeſſilibus, caule angulato paniculato. *Fl. dan.* 586. *Engl. bot.* 58.

In rupeſtribus ad Kröllwitz, Freyburg, im Mittelholz frequens. Iun. Iul. ♂

* 233. V. PULVERULENTUM, foliis ovato-oblongis ſubſerratis utrinque pulverulentis ſeſſilibus, caulinis ſubamplexicaulibus, caule tereti paniculato. *Engl. bot.* 487.

In ruderatis ad Zſcherben rarius. Iul. ♂

234. V. NIGRUM, foliis oblongo-cordatis petiolatis undulato-crenatis ſubpubeſcentibus. *Fl. dan.* 1088. *Engl. bot.* 59.

In nemoroſis montoſis, der Heide, Mittelholz. Iul. Aug. ♃

235. V. BLATTARIA, foliis ovato-oblongis glabris duplicato-ſerratis amplexicaulibus, radicalibus ſublyratis, pedunculis ſolitariis. *Engl. bot.* 393.

In arenoſis ruderatis ad Trotha, auf dem Werder. Iul. ⊙

82. CHIRONIA.

236. CH. CENTAURIUM, caule herbaceo dichotomo paniculato, foliis ovato-lanceolatis, calycis tubo brevioris laciniis ſubulatis patentibus. *Curt. n.* 42. *Engl. bot.* 417. *Sturm I.* 12. *Gentiana Centaurium L.*

In paſcuis, pratis abunde. Iul. ⊙

237. CH. PULCHELLA, caule herbaceo ramoſiſſimo, foliis ovatis, calycis tubum aequantis laciniis ſubulatis. *Smith Engl. bot.* 458. *Gentiana Centaurium β. Leyſs. Chironia ramo-*

ſiſſima Ehrh. *Ch. Gerardi* Schmidt *bohem.* I. *n.* 131. *Ch. Centaurium* β. Willd.

In der Heide, ad Nietleben, paullo rarius. Iul. ⊙

* 238. Ch. inaperta, caule herbaceo ramoſiſſimo, foliis oblongis, calycis laciniis ſubpatulis, corollae laciniis conniventibus. Willd. *Ch. Vaillantii* Schmidt *l. c. n.* 132.

Ad ripas lacus ſalſi et ad ſtagnum Kölmenſe. Iul. Aug. ⊙

83. DATURA.

239. D. stramonium, pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. Curt. *n.* 61. *Engl. bot.* 1288. *Fl. dan.* 436.

In ruderatis, hortorum reiectamentis, auf der Teufelsbrücke ad lacum ſalſum copioſe. Iul. ⊙

84. HYOSCYAMUS.

240. H. niger, foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Engl. bot.* 591. Hayne *und* Dreves *t.* 47. Sturm I. 3.

In pagis, ruderatis, ad vias ſolo pinguiori vulgaris. Maio, Iul. ⊙

85. CONVOLVULUS.

241. C. arvensis, foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis ſubunifloris, bracteis minutis a flore remotis. Curt. *n.* 20. *Fl. dan.* 459. *Engl. bot.* 312.

In arvis, agris, hortis ubique. Per totam aeſtatem. ⊙

242. C. sepium, foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetraquetris unifloris, bracteis cordatis calycem fulcientibus. Curt. *n.* 6. *Fl. dan.* 459. *Engl. bot.* 313. Sturm I. 1.

In ſepibus, dumetis, ad foſſas, nemusculis humidis vulgaris. Aeſtate. ♃

86. SOLĀNUM.

243. S. DULCAMARA, caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemo cymoso. *Curt. n.* 1. *Fl. dan.* 607. *Engl. bot.* 565. *Sturm I.* 18.

In sepibus humidis et umbrosis vulgaris. Iun. Iul. ♄

244. S. NIGRUM, caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis lateralibus nutantibus. *Curt. n.* 16. *Fl. dan.* 460. *Engl. bot.* 566. *Sturm I.* 1. γ. *S. villosum Willd.* ε. *S. virginicum Ej.*

In ruderatis, cultis fere ubique. γ. rarius. ε. in montosis apricis ad Giebichenstein, Leimbach, Hettstadt. Aestate. ☉

87. PHYSALIS.

245. PH. ALKEKENGI, foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso. *Schk.* t. 45.

In vineis ad Bennstädt, Kölme, Höhnstädt copiose. Iul. ♃

88. VINCA.

246. V. MINOR, caulibus procumbentibus, foliis elliptico-lanceolatis margine glabris, floribus pedunculatis, dentibus calycinis lanceolatis. *Curt. n.* 29. *Engl. bot.* 917.

In dumetis umbrosis, ad Giebichenstein, links vom Dorfe, ad Liebenau, Zöberitz. Maio. ♃

89. CAMPANULA.

* *Foliis laevioribus angustioribus.*

247. C. ROTUNDIFOLIA, foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Curt. n.* 38. *Fl. dan.* 1086. *Engl. bot.* 866.

In pascuis, nemoribus vulgaris. Aestate. ♃ Folia *radicalia saepe emortua desunt. Variat flore coeruleo et albo. Varietas caule unifloro (Fl.*

dan. 189.) *in alpestribus et rupibus non raro provenit. Nec est tamen C. uniflora L. (Rafn dan. 2. 83.)*

248. C. PATULA, foliis strictis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula, calyce denticulato. *Fl. dan.* 373. *Engl. bot.* 42. *Cf. Cavan. ann. n.* 7. *p.* 20. 21.

In nemoribus, der Heide, dem Mittelholze, dem Lindberge etc. passim. Iul. ♃

249. C. RAPUNCULUS; foliis undulatis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *Engl. bot.* 283. *Schk. t.* 39.

Ad sepes, versuras agrorum, in campis herbidis. Iun. Iul. ♃

250. C. PERSICIFOLIA, foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis. *Fl. dan.* 1087.

In nemoribus montosis et dumetis frequens. Iul. ♃

*** Foliis scabris latioribus.*

*251. C. BARBATA, caule simplici subunifolio, foliis lanceolatis obtusiusculis integerrimis, corolla barbata, capsula 5-loculari sinubus reflexis obtecta. *Jacqu. obs.* 2. *t.* 37.

In monte Galgenberg rarissime. Aug. ♃ *Cf. Schrank salisb. p.* 71.

252. C. GLOMERATA, caule simplici angulato, capitulo terminali, foliis ovatis crenatis scabris. *Engl. bot.* 90.

In montibus calcareis ad Bennstädt, am süssen See, bei Karsdorf. Iul. ♃

253. C. CERVICARIA, foliis lanceolato-linearibus undulatis hispidis, floribus axillaribus terminalibusque aggregatis. *Fl. dan.* 787.

In nemoribus montosis ad Seeben, Rocken- und Mittelholz, bei Branderode etc. Iun. Iul. ♃

254. C. RAPUNCULOIDES; caule ramoſo, foliis cordato-lanceolatis, floribus ſecundis ſparſis, calycibus reflexis. *Engl. bot.* 1369.

In hortis, cultis, in nemoribus vulgaris. Iul. Aug. ♃.

255. C. BONONIENSIS; caule paniculato, foliis ovato-lanceolatis leviter ſerratis ſubamplexicaulibus. (*Moriſ. vol.* 2. *ſect.* 5. *tab.* 4. *f.* 38. *non exacte quadrat*)

In dumetis et nemoribus hinter Kröllwitz, in der Geisdorfer wüſten Feldmark. ♃

256. C. TRACHELIUM; caule angulato, foliis cordato-lanceolatis acute ſerratis, calycibusque hiſpidis; pedunculis axillaribus paucifloris. *Fl. dan.* 1026. *Engl. bot.* 12.

In nemoribus et dumetis der Heide, bei Liebenau, Döllnitz etc. Iul. Aug. ♃

90. SAMOLUS.

257. S. VALERANDI, foliis obtuſis, racemo multifloro, pedicellis bracteolatis. *Curt. n.* 45. *Fl. dan.* 198. *Schk. t.* 40.

Ad ſtagnum Kölmenſe frequens; an der Salzke bei Benckendorf und Salzmünde. Iul. Aug. ♃

91. LONICERA.

258. L. XYLOSTEUM, pedunculis bifloris, baceis diſtinctis, foliis ovatis integerrimis pubeſcentibus. *Fl. dan.* 808.

In ſylvis ad Lodersleben, Schmon paſſim. Iun. ♄

92. JASIONE.

259. J. MONTANA. *Curt. n.* 41. *Fl. dan.* 319. *Schk. t.* 266. *Engl. bot.* 882. *Sturm I.* 9.

In paſcuis ſiccioribus et ericetis frequens. Iun. Iul. ☉

93. PHYTEUMA.

260. Ph. orbiculare, capitulo ſubrotundo, foliis crenatis ciliatis, radicalibus cordato-ovatis. *Engl. bot.* 142.

In montoſis calcareis, auf dem Vogelsberge bei Bennſtädt. Maio. Iun. ♃.

261. Ph. spicatum; ſpica oblonga elongata, foliis radicalibus cordatis duplicato-ſerratis petiolatis, ſuperioribus lineari-lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *Fl. dan.* 362. *Schk.* *t.* 39.

In nemoribus montoſis ad Lodersleben, Schmon, Ziegelrode, Mücheln, Brehna etc. Iun. ♃

94. RHAMNUS.

262. Rh. frangula, inermis, foliis integerrimis glabris venoſis, bacca 2—3-ſperma. *Fl. dan.* 278. *Engl. bot.* 250. *Schk.* *t.* 46.

In nemoribus et dumoſis frequens. Maio, Iun. ♄

263. Rh. catharticus; ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis ſerratis nervoſis, bacca 4-ſperma. *Fl. dan.* 850.

Ibidem cum priori. ♄ *Tironi ignoſcendum, ſi, dum naturalem generis indolem ignorat, alio loco, vel Cl. XIX. vel Cl. IV. quaerit.*

95. EVONYMUS.

264. E. europaeus; floribus plerisque 4-fidis; petalis acutis, ramis laevibus. *Engl. bot.* 362. *Fl. dan.* 1087.

In ſylvis, nemoribus, dumetis vulgaris. Maio. ♄

96. IMPATIENS.

265. I. noli tangere; pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Fl. dan.* 582. *Engl. bot.* 937. *Schk.* *t.* 270. *Sturm I.* 5.

In nemoribus umbroſis humidis, auf der Raben-

inſel bei Bölberg copioſe, bei Dieskau, Holz-weiſig. Iul. Aug. ♃

97. VIOLA.

266. V. HIRTA, acaulis, foliis cordatis ſerratis petiolisque hiſpidis, calycibus obtuſis. *Curt. n.* 10. *Fl. dan.* 618. *Engl. bot.* 894. *Sturm I.* 11.

In nemoribus et dumetis. der Heide, bei Seeben, Gutenberg. Maio. ♃

267. V. ODORATA, acaulis; ſtolonibus reptantibus, foliis cordatis petiolisque glabriuſculis, calycibus obtuſis. *Curt. n.* 9. *Fl. dan.* 309. *Engl. bot.* 619. *Sturm I.* 11.

In pomariis, ad ſepes, foſſarum aggeres vulgaris. Mart. Apr. ♃ *Seriores flores apetalos fructiferos obſervarunt iam Curtiſius, Sturmius l. c. et Schkuhrius (Handb. 3. p. 186.)*

268. V. PALUSTRIS, acaulis, foliis reniformi-cordatis crenatis glabris; radice repente. *Curt. n.* 36. *Engl. bot.* 444. *Sturm I.* 11.

In paludibus ad Dölau, Lieskau; Seeben; Gutenberg. Apr. Maio. ♃

269. V. CANINA, caule adultiori adſcendente canaliculato, foliis oblongo-cordatis, calycibus acutis. *Curt. n.* 18. *Engl. bot.* 620. *Sturm I.* 11.

In paſcuis apricis, nemoribus ſylvarumque marginibus. Apr. ♃ *Variat flore albo.*

270. V. MONTANA, caule erecto, foliis cordatis oblongis ſerratis, ſtipulis dentatis.

In paſcuis, nemoroſis in der Lucke, ad Lieskau etc. Maio. ♃. *Huc pertinet V.* perſicifolia, *foliis ovato-lanceolatis. Schk. t.* 269.

271. V. MIRABILIS, caule triquetro, foliis reniformi-cordatis, floribus caulinis apetalis fructiferis,

radicalibus corollatis abortientibus. *Dill. elth. t.* 303.

In nemoribus umbrosis Zorgs, Lindberg. Iun. ♃

272. V. TRICOLOR, caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis.

α. *corollis calyce glabro maioribus. Curt. n.* 24. *Engl. bot.* 1287. *Fl. dan.* 623. *Sturm I.* 11.

β. *corollis calycem hirsutum aequantibus. V.* arvensis *Roth., Hofm.*

In cultis, hortis et agris frequens. Apr. etc. ⊙

98. RIBES.

* *Inermia.*

273. R. RUBRUM, racemis glabris pendulis, bracteis exiguis, floribus planiusculis, petalis obcordatis, foliis quinquelobis duplicato-serratis. *Fl. dan.* 967. *Engl. bot.* 1289. *Sturm I.* 4.

Ad sepes et in sylvis rarius. Apr. Maio. ♄

274. R. ALPINUM, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis trilobis subtus lucidis. *Fl. dan.* 967. *Suensk bot.* 223.

In nemoribus montosis, Zorgs, Lindberg, Mittelholz, Brennau, Badendorfer Holz bei Neehausen, ad Lodersleben, Schmon, Hackenholz bei Mücheln. Apr. Maio. ♄ Baccae *rubrae insipidae.*

275. R. NIGRUM, racemis pilosis pendulis, pedunculo simplici ad basin, floribus oblongis, foliis subtus glandulosis. *Fl. dan.* 556. *Engl. bot.* 1291.

Ad sepes et in dumetis am Löberbach bei Benndorf, Zöckeritz. Apr. Maio. ♄ Folia *olentia;* baccae *nigrae.*

** *Aculeata.*

276. R. Grossularia, petiolis pilosis, pedunculis unifloris, bracteis binis, baccis hirsutis. *Fl. dan.* 546. *Engl. bot.* 1292. *Sturm I.* 4.

In lapidicina ad Lieskau. Apr. ♄

277. R. Uva crispa, pedunculis unifloris, bracteis connato-tubulosis, baccis glabris. *Schmidel ic. t.* 1.

In nemoribus, Mittelholz, am Petersberge. Apr. ♄

99. HEDERA.

278. H. Helix, foliis ovatis lobatisque. *Fl. dan.* 1027. *Curt. n.* 8. *Engl. bot.* 1267. *Schk. t.* 49.

In nemoribus montosis umbrosis, ad arbores vetustas am Petersberge, bei Schmon. Sept. ♄

100. GLAUX.

279. G. maritima. *Fl. dan.* 548. *Gärtn. carpol. p.* 37. *t.* 184. *Engl. bot.* 13.

In pratis humidiusculis, der kleinen Wiese, bei Dieskau, Bruckdorf, bei Kölme, Langenbogen, am salzigen See copiosissime. Iun. ♃

101. THESIUM.

280. Th. Linophyllum, panicula foliacea, foliis linearibus nervosis. *Engl. bot.* 247. *Schk. t.* 51. *Fl. dan.* 1205. *Th. pratense, intermedium et montanum Schrad. spicil. p.* 26. 27. *leves varietates sunt. Nec aliter de Th. ebracteato Haynii (Schrad. Journ.* 1800. *I. p.* 30.) *indicare possum. Cf. Rudolphi ib.* 1800. *II.* 216, 217.

In pratis sylvaticis et nemoribus montosis, am Donnerberge hinter Kröllwitz, in der Heide, dem Rockenholze etc. Maio, Iun. ♃

D I G Y N I A.

102. CUSCUTA.

281. C. europaea, floribus subsessilibus, corollae fauce nuda. *Fl. dan.* 199. *Engl. bot.* 378. *Sturm* I. 10.

Parasitica in Polygono Persicaria, Euphorbia palustri im Görz bei Wörmlitz, in Genista tinctoria auf der Benndorfer Wiese am Löberbach, in Solano Dulcamara ad Nietleben. Iul. ⊙

282. C. Epithymum, floribus sessilibus, staminibus basi squama crenata munitis. *Fl. dan.* 427. *Engl. bot.* 55.

Parasitica in Thymo Serpyllo in der Heide, in ipso Dicrano scopario semel inveni. Aug. ⊙

103. ASCLEPIAS.

283. A. Vincetoxicum, foliis cordato-ovatis tenuissime ciliatis. *Sturm* I. 9. *Schk.* t. 55.

In montosis apricis, rupibus ad Kröllwitz, Seeben, Gutenberg, der Heide etc. frequens. ♃

104. GENTIANA.

284. G. Pneumonanthe, corolla campanulata 5-fida, floribus pedunculatis, foliis linearibus. *Fl. dan.* 269.

In pratis paludosis turfosis, ad Benndorf copiosissime cum Tofieldia palustri et Schoeno albo, zwischen Radegast und Zörbig. Aug. ♃

* 285. G. acaulis, corolla infundibuliformi 5-fida caulem quadrangulum subaequante, foliis ovato-oblongis. *Sturm* I. 4.

In montosis ad Leimbach et Ziegelrode rarissime. Apr. ♃

286. G. germanica, corolla hypocrateriformi 5-fida barbata, laciniis limbi ovatis acutis, calycinis aequalibus, foliis ovato-lanceolatis, internodiis

ramorum longioribus. *Willd. Fl. dan.* 328. *G. Amarella Leyſs. G. pratenſis Frölich.* (*Rafn dan. I.* 219.)

In montoſis ſiccis zwiſchen Rocken- und Mittelholz, bei Bennſtädt auf dem Vogelsberge, auf den Schmonſchen Bergen copioſe. Sept. ⊙

287. G. Amarella, corolla hypocrateriformi 5-fida barbata, laciniis limbi lanceolatis acutis, calycinis ſubaequalibus, foliis lanceolatis, internodiis ramorum brevioribus. *Willd. Schmidt in Röm. Arch. I. t. 5. f. 13. G. campeſtris Leyſs. G. lancifolia Rafn.*

In pratis ſiccioribus ad Gerbſtädt, auf dem Orlasberge hinter Memleben. Sept. ⊙ Corollae *anguſtiores*, folia *anguſta lanceolata*, rami *breviores hanc ſpeciem a priore ſatis discriminant.* Radix *utrinque flava.*

* 288. G. uliginosa, corolla hypocrateriformi ſubquadrifida acuta fauce barbata, calycibus ſubaequalibus, caule ramoſo tetragono baſi ſubalato. *Willd.*

In pratis montoſis rarius ad Burgſcheidungen et Karsdorf. Aug ⊙

Planta *biuncialis*, corolla *coeruleſcens*, caulis *baſi ſubalatus.* (*Gentianella brevi folio Knauth p.* 8., *quam Rothius credit eſſe G.* nivalem, *ad radices montis ſereni inventa, forte huc pertinet. Namque ſynonymon I. Bauhini hiſt. III.* 526. Gentiana quarta Cluſii *cum icone ſine dubio huc refertur, cum et in pratis prope Baſileam ſemet inveniſſe Bauhinus teſtetur*).

289. G. campestris, corolla hypocrateriformi quadrifida obtuſa fauce barbata, calycinis laciniis duabus maximis. *Fl. dan.* 367. *Engl. bot.* 237.

In pratis ad Lodersleben abundanter. Sept. ⊙

290. G. cruciata, corollis hypocrateriformibus quadrifidis nudis verticillatis ſeſſilibus, caule com-

preſſo. foliis ovato-lanceolatis nervoſis vaginantibus. *Jacqu. auſtr. t.* 372.

In montoſis apricis ad Schraplau. *Kohl.* Iul. ♃

105. ATRIPLEX.

291. A. ROSEA, caule diffuſo, foliis ovatis baſi cuneato-truncatis incanis dentatis, valvulis ſeminiferis quadrangulis dentatis. *Schk. t.* 350.

In ruderatis, pagis copioſe. Aug. ☉

292. A. HORTENSIS, caule erecto, foliis triangularibus, valvulis ſeminiferis ſubrotundis integerrimis.

In ruderatis, reiectamentis hortorum. Aug. ☉

293. A. PATULA, caule ramoſiſſimo, foliis lanceolatis ſubhaſtatis, valvulis ſeminiferis dorſo muricatis. *Schk. t.* 347. *Engl. bot.* 936. *A. marinae ſpecies Valerando, I. Bauh. II.* 974.

In ruderatis, ad vias frequens. Aug. Sept. ☉

Huc A. haſtata, *Leyſs. et Curt. n.* 20. *quae ſolummodo differt foliis magis haſtatis. Vera enim differt valvulis reticulato-membranaceis dentibus longe ſetaceis Smith.*

*294. A. ANGUSTIFOLIA, caule herbaceo divaricato, foliis lanceolatis integerrimis, infimis ſubhaſtatis, valvulis ſeminiferis haſtatis integerrimis laeviuſculis. *Smith. Petiv. h. brit. t.* 7. *f.* 5. *A. vulgaris anguſtifolia cum folliculis I. Bauh. hiſt. II.* 973.

In cultis, ruderatis ad Trebnitz. *Kruſe.* Aug. Sept. ☉

*295. A. NITENS, caule herbaceo, foliis triangularibus ſinuato-dentatis, ſupra nitidis, infra cinereis, valvulis ſeminiferis triquetris integerrimis. *Schk. t.* 348. *Rebent. neom.* 126.

In hortis, cultis vulgaris. Sept. ☉

296. A. LACINIATA, caule subdecumbente, foliis deltoidibus dentatis incanis, valvulis seminiferis utrinque et dorso dentatis. *Engl. bot.* 165.

Ad lacum salsum, an der Salzke. Aug. ☉.

*297. A. TATARICA, caule ramoso patulo, foliis triangularibus basi cuneatis dentatis, valvulis seminiferis subdeltoidibus integris. *Schk. t.* 349.

In umbrosis ad Nietleben. ☉

106. CHENOPODIUM.

* *Foliis angulosis.*

298. CH. BONUS HENRICUS, foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis. *Curt. n.* 51. *Fl. dan.* 579.

In ruderatis, pagis, ad vias, in fimetis, e. g. in Nietleben, Giebichenstein. Maio — Iulio. ☉

299. CH. URBICUM, foliis triangularibus subhastatis denticulatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis subaphyllis. *Fl. dan.* 1148. *Ch. latifolium minus ramosum Buxb. p.* 69. *c. ic. bona.*

In ruderatis pinguibus, ad aggeres fossarum, in pagis. Aug. ☉

300. CH. RUBRUM, foliis rhomboideo-triangularibus sinuato-dentatis basi productis, racemis erectis compositis foliolosis. *Fl. dan.* 1149. *Curt. n.* 71.

In ruderatis et fimetis. Aug. ☉

301. CH. MURALE, foliis ovatis basi productis nitidis acutis dentatis, paniculis ramosis aphyllis. *Curt. n* 61.

Iisdem locis eodemque tempore cum prioribus. ☉

302. CH. HYBRIDUM, foliis cordatis acuminatis angulato-dentatis, paniculis ramosis divaricatis aphyllis. *Curt. n.* 42.

Iisdem locis, fed minus frequens. ⊙ *Odore foetido Stramonii et foliis cordatis bafi non productis a priori differt,*

303. Ch. album, foliis rhomboideo-ovatis erofis poftice integris, fuperioribus oblongis integerrimis, racemis ramofis erectis fubaphyllis, feminibus laevibus. *Curt. n.* 16. *Huc Ch. viride Leyfs. et fl. dan.* 1150. *quod, monente Smithio, differt folummodo colore magis viridi, foliis anguftioribus et ramis laxioribus.*

In hortis, fimetis, aggeribus foffarum vulgare. Aug. ⊙

*304. Ch. ficifolium, foliis haftato-finuatis erofis poftice integris, fuperioribus oblongis integerrimis, racemis ramofis erectis fubaphyllis, feminibus excavato-punctatis. *Smith. Ch. viride Curt. n.* 18.

In hortis et eorum reiectamentis nonnunquam, fed rarius obfervatur. Aug. ⊙

305. Ch. glaucum, foliis omnibus oblongis finuato-repandis fubtus glaucis, racemis glomeratis aphyllis, caule diffufo. *Fl. dan.* 1151.

Ad ripas Salae hinter den kön. Salinen, in aggeribus foffarum, bei Kölme, minus frequens. Aug. ⊙

** *Foliis integris.*

306. Ch. olidum, foliis rhombeo-ovatis integerrimis, racemis conglomeratis. *Curt. n.* 160. *Fl. dan.* 1152. *Ch. Vulvaria L.*

In pagis rarius. Aug. ⊙ Planta *pulverulento-canefcens, pifcium falforum femi-putridorum more foetet.*

307. Ch. polyspermum, foliis ovatis integerrimis, paniculis laxis divaricatis aphyllis. *Curt. n.* 20. *Fl. dan.* 1153.

In hortis et agris olerum paſſim, in Görz bei Wörmlitz. Aug. ☉

308. CH. MARITIMUM, foliis ſubulatis ſemicylindricis, floribus axillaribus ſeſſilibus glomeratis. *Fl. dan.* 489. *Engl. bot.* 633.

Ad lacum ſalſum, ad ſtagnum Kölmenſe copioſe. Aug. ☉

107. HERNIARIA.

309. H. GLABRA, glabra herbacea. *Fl. dan.* 529. *Engl. bot.* 206. *Schk. t.* 56.

In apricis glareoſis arenoſis, auf dem Pfännerholzplatz, hinter Kröllwitz, vor der Heide frequens. Iul. Aug. ♃

108. ULMUS.

310. U. CAMPESTRIS, foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus ſubſeſſilibus conglomeratis pentandris tetrandrisque, ſamaris glabris. *Fl. dan.* 632. *Schk. t.* 57. a.

Ad pagos vulgaris. Apr. ♄ *Huc et U.* ſuberoſa *Ehrh. ſpecie certe non distincta.*

311. U. EFFUSA, foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus effuſis pedunculatis octandris, ſamaris ciliatis. *U. octandra Schk. l. c. U. ciliata Ehrh. U. montana Smith. U. folio latiſſimo Buxb. p.* 340.

Ad pagos, in Pulverweiden frequens. Apr. ♄

UMBELLATAE.

109. ERYNGIUM.

312. E. CAMPESTRE, foliis amplexicaulibus pinnato-laciniatis. *Fl. dan.* 554. *Engl. bot.* 57.

In campis aridis, verſuris, ad vias ubique. Iul. ♃

110. HYDROCOTYLE.

313. H. VULGARIS, foliis peltatis ſubrotundis lucidis, umbellis 5-floris. *Curt. n.* 63. *Fl. dan.* 90.

In paludibus ad Lieskau, Dölau copiose, sed raro floret. Iun. Iul. ♃

111. SANICULA.

314. S. europaea, foliis septemfidis, laciniis inciso-serratis, involucris pinnatifidis, floribus sessilibus. *Fl. dan.* 283. *Engl. bot.* 98.

In nemoribus et sylvis, der Heide, der Brennau bei Fienstädt, am Petersberge, bei Lodersleben frequens. Maio, Iun. ♃

112. BUPLEURUM.

315. B. rotundifolium, involucro universali nullo, foliis perfoliatis ovatis acutis. *Engl. bot.* 99. *Sturm I.* 5.

Inter segetes ad Bennstädt, Kölme, Langenbogen frequens. Iul. ⊙

316. B. longifolium, involucro universali 3-aut 5-phyllo, partialibus pentaphyllis ovatis, foliis radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus ovatis.

In montibus an der Unstrut, besonders auf dem Orlasberge hinter Memleben und Langenberge bei Mönchcrode. Iun. ♃

317. B. falcatum, involucro universali sub 5-phyllo, partialibus pentaphyllis acutis, foliis radicalibus oblongo-petiolatis, caulinis lanceolato-linearibus, caule flexuoso.

In nemoribus montosis vulgare. Iun. Iul. ♃

Folia *radicalia ovato-oblonga a Dodonaei (pempt. V. lib. I. c.* 14. *p.* 633.*) inde temporibus imposuerunt plerisque botanicis, ut B. rigidum cum nostro commutarent. Quamvis Dodonaeus bene iconem veri B. rigidi, plantae monspeliensis, expresserit, quamvis probe Bauhinus (pin* 278.*) hoc B.* folio rigido, *illud B.* folio subrotundo *s.* vulgatissimum *nominaverit, Ruppius tamen (jen.* 280, 281.*) utrumque*

commutavit, recte dubitante Hallero, verene differat utraque species. Confudit egregius Knauthius (88.) qui B. folio rigido in sylvis montis sereni invenisse testatur; commutavit Buxbaumius (47.) et ipse Leysserus, qui Knauthii verba solummodo transscripsisse videntur. Quicunque iconem Dodonaei adspexerit, apud nos inventum iri eam plantam monspeliensem desperabit. Sic etiam verum esse B. ranunculoides, *quod nonnulli in vineis nostris Mansfeldensibus semet invenisse adsererant, nego.*

318. B. TENUISSIMUM, umbellis simplicibus, alternis sub 3-floris, involucris 5-phyllis subulatis. *Fl. dan.* 1090. *Engl. bot.* 478.

In pascuis editioribus ad lacum salsum bei Röblingen, ad ripas der Unstrut, bei Nebra und Freyburg, bei Roßbach und Mark-Rölitz. Aest. ⊙

113. ASTRANTIA.

*319. A. MAIOR, foliis radicalibus 5-lobis, lobis 3-fidis acutis dentatis, involucellis lineari-lanceolatis integerrimis. *Schk. t.* 60.

In montibus an der Unstrut, auf dem Orlasberge hinter Memleben. ♃

114. DAUCUS.

320. D. CAROTA, fructibus hispidis, petiolis subtus nervosis. *Fl. dan.* 723. *Engl. bot.* 1174.

In pratis et pascuis fere ubique. Iun. Iul. ♂

Rudimentum umbellae centralis carnosum rubrum imposuit Leyss., ut D mauritanicum *hic quaereret, quem verum icone expressit Allion. ped. t.* 6. *f.* 1.

115. CAUCALIS.

321. C. DAUCOIDES, umbellis trifidis nudis, umbellulis tricarpis, involucellis triphyllis, foliis su-

pradecompositis. *Engl. bot.* 197. *C. leptophylla Schk. t.* 61. *nec Linn.*

In vineis nostris, ipsis agris adiacentibus, solo calcareo satis vulgaris. Aestate. ⊙

322. C. LATIFOLIA, umbellis trifidis involucratis, umbellulis pentacarpis, foliis pinnatis serratis. *Engl. bot.* 198.

In agris, solo calcareo rarius, inter Gleina et Ebersrode, diesseits Freyburg. Aug. ⊙

Umbellulae *plerumque rubrae;* fructus *setis purpureis muricatus.*

323. C. ANTHRISCUS, umbellis multifidis confertis, involucro polyphyllo, foliolis pinnatifidis scabris, lacinia terminali elongata. *Curt. n.* 63. *Fl. dan.* 919. *Engl. bot.* 987. *Tordylium Anthriscus. Leyss.*

In sepibus, dumetis. Iun. ⊙

116. CONIUM.

324. C. MACULATUM, caule ramosissimo nitido maculato, foliis supradecompositis. *Curt. n.* 7.

In ruderatis, fimetis et hortis satis vulgaris. Aug. ♂

Herba *differt ab Apio Petroselino foliis opacis, odore murino, foliolis paullo latioribus brevioribus, caule petiolisque rubro maculatis.*

117. SELINUM.

325. S. PALUSTRE, lactescens, caule striato solitario, foliis subtripinnatis, pinnulis pinnatifidis, lacinulis lineari-lanceolatis cuspidatis, involucro universali polyphyllo, foliolis margine membranaceis, petalis involutis, stylis post anthesin divaricatis. *Riv. t.* 266. *Engl. bot.* 229. *Fl. dan.* 412.? *Schk. t.* 63.

In paludibus ad Dieskau. Iul. Aug. ♃

†326. S. SYLVESTE, lactescens, caulibus numerosis laevibus inferne ramosis, foliis subtripinnatis, pinnulis incisis, lacinulis ovatis obtusiusculis,

involucro universali polyphyllo, foliolis margine membranaceis, petalis explicatis, stylis post anthesin rectis. *Dodon. pempt. VI. p.* 699. *Moris. sect.* 9. *t.* 17. *f.* 2.

Im feuchten Busche bei Seeben *Knauth* 91., beim Fasanenhause *Rupp.* 276., *Leyss.* 69, 70. Ipse nondum inveni.

De iconibus citatis certus sum. Minus exploratae sunt icones fl. dan. 257. *et* 412., *quarum illa ad S. palustre, haec ad S. sylvestre vulgo traducitur; sed et in hac petala involuta et styli divaricati sunt, quae notae a Linnaeo et Smithio, herbarii Linn. possessore, adducuntur. Cf. de utraque specie saepius confusa Rafnium (dan.* 2. *p.* 353 —355.), *Rothium (germ.* 2. *p.* 352, 353.), *Schumacherum (saelland.* 94.)

327. S. Carvifolia, caule sulcato acutangulo, foliis subtripinnatis, pinnulis ovato-lanceolatis pinnatifido-incisis, lacinulis lanceolato-linearibus apice calloso mucronulatis, involucris setaceis, universali deciduo 2—3-phyllo, partialibus polyphyllis. *Fl. dan.* 667.

α. *S.* sylvaticum, *caule altiori, angulis membranaceis, involucro universali minus deciduo.*

In nemoribus montosis, dem Mittel- und Rockenholze. Aug. ♃

β. *S.* pratense, *caule humiliori, angulis acutis, involucro universali subnullo. S. lineare Schum. saelland.* 95.

In pratis humidis vulgare. Iul. ♃

* 328. S. pratense, caule laevi vaginato stricto superne ramoso, vaginis foliorum laxis, infimis pendulis, foliis bipinnatis, foliolis linearibus 2—3-fidis acutiusculis, involucris setaceis, universali oligo-, partialibus polyphyllis. *Ic. nostr.* 2. *Seseli dubium Schk. I. t.* 217. *Wohlleb.* 12.

In pratis paludoſis hinter dem Donnerberge bei Kröllwitz, bei Lieskau. Aug. ♃

329. S. Cervaria, caule ſtriato ramoſo, foliis duplicato-pinnatis, pinnis ovatis trilobis duplicato-ſerratis, ſerraturis mucronulatis, imis decuſſatis. *Lam.*, *Roth.* *Cervaria Riv. pentap.* 258. *Athamanta Cervaria L.*

In nemoroſis ſylvaticis, ad Gutenberg, in der Heide, im Rocken- und Mittelholz frequens. Iul. ♃

330. S. Oreoselinum, caule ſubſtriato dichotomo, foliis triplicato-pinnatis, pinnis remotis divaricatis oblongo-linearibus acutis inciſis. *Lam.*, *Roth.*, *Hall.* *Schk.* t. 64. *Oreoſelinum Riv. pent.* 254. *Athamanta Oreoſelinum L.*

In montoſis nemoroſis frequens, bei Kröllwitz, Lettin, in der Heide etc. Aug. ♃

118. ATHAMANTA.

331. A. Libanotis, foliis bipinnatis planis, foliolis ovatis inciſis, imis decuſſatis. *Engl. bot.* 138.

In montibus calcareis rariſſime ad Nebra et Laucha. Iul. ♃ *Canitie caulis et radiorum umbellae ad Imperatoriam ſylveſtrem accedit.*

119. PEUCEDANUM.

332. P. officinale, foliis quinquies tripartitis, foliolis linearibus longiſſimis indiviſis. *Schk.* t. 63.

In pratis nemoroſis ad Wörmlitz, hinter Gutenberg, bei Könnern an der Saale, und bei Friedeburg. Iul. ♃

333. P. Silaus, foliis decompoſitis, foliolis pinnatifidis, laciniis oppoſitis decurrentibus, involucro univerſali ſubdiphyllo. *Seſeli pratenſe Riv. pent.* t. 304. *Petiv. h. brit.* t. 28. f. 5.

In pratis fere omnibus vulgatiſſimum. Iul. ♃

120. LASERPITIUM.

334. L. LATIFOLIUM, foliis oblique cordatis crenatis, crenis mucronatis, fructuum alis crispis. *Moris. sect.* 9. *t.* 19. *f.* 1. *Schk. t.* 67.

In nemoribus montosis bei Lieskau, im Rocken- und Mittelholze, in der Brennau, dem Badendorfer Holze bei Neehausen. Iul. ♃

335. L. PRUTHENICUM, hirtum, foliis bipinnatifidis, pinnis ovatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis. *Jacqu. austr. t.* 153.

In nemoribus ad Lieskau, dem Mittelholze, dem Abatissinen-Busche bei Kitten, dem Hackenholze, Branderoder Holze, bei Brehna, frequens. Aug. ♃

121. HERACLEUM.

336. H. SPHONDYLIUM, foliis pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis dentatis. *Engl. bot.* 939. *Schk. t.* 67.

In nemoribus et pratis nemorosis frequens. Iul. ♃

β. *H.* angustifolium *Jacqu. pl. vindob.* 217. *foliolis superioribus ternatis lanceolatis acutis, floribus albidis.*

In sylvis ad Leimbach et Lodersleben. Aug. ♃

H. angustifolium *Leyss. huc pertinet. Etenim vera Linnaei planta habet foliola lanceolato-lineari aelongata grosse serrata.*

122. SIUM.

337. S. LATIFOLIUM, foliis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis aequaliter serratis. *Fl. dan.* 246. *Engl. bot.* 204.

In fossis, fluviis, lacubus, stagnis vulgatissimum. Iul. ♃

338. S. ANGUSTIFOLIUM, foliis pinnatis, foliolis inaequaliter lobatis serratis, umbellis pedunculata-

tis oppofitifoliis, caule erecto. *Fl. dan.* 247. *Engl. bot.* 139.

In paludibus et ftagnis ad Dieskau, Nietleben. Reideburg. Iul. ♃

✝339. S. NODIFLORUM, foliis pinnatis, foliolis ovatis aequaliter ferratis, umbellis feffilibus oppofitifoliis, caule procumbente. *Engl. bot.* 639. *Morif. fect.* 9. *t.* 5. *f.* 3.

In foffis ad Seeben invenit *Kohlius* amicus; equidem nondum. Iul. ♃

340. S. FALCARIA, foliis pinnatis rigidis, foliolis linearibus decurrentibus connatis argute ferratis, caule ramofiffimo. *Morif. fect.* 9. *t.* 8. *f.* 1.

In campis, agris, arvis, pratis ficcioribus vulgatiffimum. Iul. ♃

123. OENANTHE.

341. OE. FISTULOSA, ftolonifera, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis planis cuneatis lobatis, caulinis pinnatis filiformibus fiftulofis, involucro univerfali fubnullo. *Fl. dan.* 846. *Engl. bot.* 363. *Schk. t.* 70.

In foffis et ftagnis, auf dem Badeplatz, bei Paffendorf et alibi copiofe. Iun. ♃

*342. OE. PEUCEDANIFOLIA, radice tuberofa, foliolis omnibus linearibus, involucro univerfali nullo. *Pollich. I. t.* 3. *Engl. bot.* 348.

In pratis paludofis circa Trebnitz. Krufe. Iul. ♃

124. PHELLANDRIUM.

343. PH. AQUATICUM, foliorum ramificationibus divaricatis. *Fl. dan.* 1154. *Riv. pent. t.* 311. *Schk. t.* 71.

In foffis, fluviis, lacubus et ftagnis vulgare. Iul. ♃

125. CICUTA.

344. C. virosa, umbellis oppositifoliis, stipulis petiolo adnatis obtusis. *Fl. dan.* 208. *Engl. bot.* 479. *Schk. t.* 71.

In der alten Saale bei Trebnitz. Iul. ♃

126. AETHUSA.

345. Ae. Cynapium, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis decurrentibus. *Curt. n.* 6. *Engl. bot.* 1192. *Schk. t.* 72.

In hortis et ruderatis ubique. Aug. ☉

127. IMPERATORIA.

346. I. sylvestris, foliis bipinnatis, foliolis ovatis subincisis serratis. *Lam.*, *Desfont.*, *Schk. t.* 68. *Angelica sylvestris L.*

In pratis humidis vulgaris. Iul. Aug. ♃

Caulis et umbellae radii rore cano caesio tecti.

347. I. Ostruthium, foliis ternatis, foliolis ovatis lobatis serratis, infimis basi inaequaliter cordatis. *Schk. t.* 74.

In nemoribus montosis ad Löbejün, Hornburg, Ebersrode rarius. Iul. ♃

128. SCANDIX.

348. Sc. Pecten, fructibus longissime rostratis scabriusculis, foliis tripinnatis, foliolis multipartitis linearibus. *Curt. n.* 59. *Fl. dan.* 844. *Engl. bot.* 1397.

Inter segetes aestivas ad Nietleben et alibi copiose. Iun. ☉

349. Sc. Anthriscus, fructibus ovatis hispidis, corollis uniformibus, caule laevi. *Curt. n.* 3. *Engl. bot* 818. *Caucalis scandicina Fl. dan.* 863.

Ad pagos, in sepibus, fossarum aggeribus frequens. Maio. ☉

129. CHAEROPHYLLUM.

350. Ch. sativum, caule laevi, umbellis lateralibus oppositifoliis. *Lam. Engl. bot.* 1268. *Schk. t.* 73. *Scandix Cerefolium L.*

In hortis et aggeribus. Maio. ☉

Huc pertinere patet e seminum laevitate. Ceterum nomen ipsum Ch. sativum Linnaeano antiquius, quippe quum a C. Bauhino pin. 152. *et Tournefortio I.* 314. *iam adhibitum fuerit.*

*351. Ch. temulum, caule scabro maculato, geniculis tumidis. *Curt. n.* 61. *Fl dan.* 918.

In ruderatis, dumetis, ad sepes ubique. Iun. ♂

352. Ch. hirsutum, caule striato hirto, foliolis incisis hirsutis, fructuum rostris maxime divergentibus. *Moris. sect.* 9. *t.* 10. *f.* 6.

In nemoribus montosis ad Lodersleben, Schmon. Iul. ♃

353. Ch. sylvestre, caule striato laevi, geniculis tumidiusculis. *Curt. n.* 46. *Schk. t.* 73.

In pratis, ad sepes vulgare. Maio, Iun. ♃

354. Ch. bulbosum, caule laevi maculato geniculis tumido, basi hirto.

In dumetis humidiusculis, ad Seeben, auf der Peisnitz, in der Lucke et alibi frequens. Iun. ♂

130. SESELI.

355. S. annuum, caule striato subsimplici colorato vaginato, vaginis ventricosis, foliolis linearibus margine scabriusculis, involucellis polyphyllis margine membranaceis umbellulas aequantibus. *Jacqu. austr. t.* 55.

In montibus nemorosis, Zorgs, Lindberg, ad Lieskau, Mittelholz. Iul. Aug. ♂

356. S. Hippomarathrum, caule ramoso laevi, vaginis acuminatis, foliolis lineari-filiformibus

ſubtrifidis, involucellis connato-monophyllis. *Riv. pent.* 313. *Crantz auſtr. faſc.* 3. *tab.* 5. *f.* 1. 2.

In montibus calcareis ad Bennſtädt, Kölme copioſe. Iul. ♃

131. PASTINACA.

357. P. SATIVA, foliis ſimpliciter pinnatis ſubtus pubeſcentibus. *Engl. bot.* 556. *Fl. dan.* 1206. *Schk. t.* 76.

In pratis et paſcuis ubique. Iul. Aug. ♂

132. ANETHUM.

358. A. GRAVEOLENS, foliis bipinnatis, foliolis ſetaceis trichotomis. *Schk. t.* 77.

In hortis et agris vulgare. Iul. Aug. ⊙ *A.* Foeniculum *ſponte nusquam creſcit, niſi in rupibus calcareis Angliae et Madeirae.*

133. CARUM.

359. C. CARVI. *Fl. dan.* 1091. *Schk. t.* 77.

In pratis et paſcuis fere ubique. Iun. Iul. ♂

134. APIUM.

360. A. GRAVEOLENS, caule ſulcato, foliis ternatis, foliolis caulinis cuneiformibus inciſis, umbellis ſubſeſſilibus. *Fl. dan.* 790. *Schk. t.* 78. *Engl. bot.* 1210.

In paludibus, ad foſſas bei Kölme, Dieskau, Bruckdorf etc. Aug. ♂

135. PIMPINELLA.

361. P. SAXIFRAGA, glabra, foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundis argute dentatis, ſummis linearibus. *Fl. dan.* 669. *Engl. bot.* 407. *Schk. t.* 78.

In paſcuis ſiccioribus et campis aridis vulgaris. Iul. Aug. ♃

362. P. NIGRA, pubescens, foliis pinnatis, foliolis radicalibus subcordatis incisis obtusis dentatis, summis linearibus. *Willd.*

In pascuis nemorosis ad Gutenberg, Wörmlitz etc. Iul. ♃

363. P. MAGNA, foliis pinnatis, foliolis omnibus ovatis, impari trilobo. *Engl. bot.* 408. *Fl. dan.* 1155. *Umbella rubente dicitur P.* orientalis *Gouan. ill.* 21. *t.* 15.

In pratis humidiusculis, ad Schkopa, Kollenbey, Paffendorf etc. frequens. Iul. ♃

136. AEGOPODIUM.

364. AE. PODAGRARIA. *Fl. dan.* 670. *Engl. bot.* 940. *Schk. t.* 79.

In hortis et cultis vulgatissima. Iun. ♃

TRIGYNIA.

137. VIBURNUM.

365. V. LANTANA, foliis cordatis serratis venosis subtus tomentosis. *Engl. bot.* 331. *Kerner* 5. *t.* 34.

In nemoribus montosis, dem Rocken- und Mittelholze, maxime auf den Schmonschen Bergen. Maio. ♄

366. V. OPULUS, foliis lobatis acuminato-dentatis, petiolis glandulosis. *Fl. dan.* 661. *Engl. bot.* 332. *Schk. t.* 81. *Kerner* 5. *t.* 35.

In sepibus et dumetis humidis, in der Lucke, Peisnitz, im Görz bei Wörmlitz, im Beuchlitzer Busche. Maio. ♄

138. SAMBUCUS.

367. S. EBULUS, caule herbaceo, stipulis foliaceis, cymis tripartitis. *Curt. n.* 36. *Fl. dan.* 1156. *Engl. bot.* 475. *Schk. t.* 83.

In sepibus ad Reideburg, Kollenbey, Glesien. Iun. ♃

368. S. NIGRA, caule arboreo, ſtipulis ſubnullis, foliolis ovatis ſerratis, cymis 5-partitis. *Fl. dan.* 545. *Engl. bot.* 476.

In ſepibus, ad pagos vulgaris. Iun. ♄

369. S. RACEMOSA, caule arboreo, racemis compoſitis ovatis. *Jacqu. ic. rar. I. t.* 59. *Kerner* 5. *t.* 33.

In ſylvis ad Schmon, Lodersleben, Ziegelrode rarius. Maio. ♄ Folia *quinato-pinnata*, *foliolis ovato-lanceolatis argute denticulatis*; flores *virides*, baccae *rubrae*.

TETRAGYNIA.

139. PARNASSIA.

370. P. PALUSTRIS. *Fl. dan.* 584. *Engl. bot.* 82. *Schk. t.* 86. *Sturm I.* 13.

In pratis humidis verſus Nietleben et alibi vulgaris. Aug. ♃

PENTAGYNIA.

140. STATICE.

371. ST. ARMERIA, ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus. *Engl. bot.* 226. *Fl. dan.* 1092. *Sturm I.* 1. *Schk. t.* 87.

In paſcuis, verſuris, collibus herbidis vulgatiſſima. Aeſtate. ♃

141. LINUM.

372. L. CATHARTICUM, foliis oppoſitis obovatis integerrimis, caule ſuperne dichotomo, petalis acutis. *Curt. n.* 26. *Engl. bot.* 382. *Schk. t.* 87.

In pratis, verſuris vulgaris. Aeſtate. ☉

HEXAGYNIA.

142. DROSERA.

373. DR. ROTUNDIFOLIA, ſcapo racemoſo, capſula

3-valvi, foliis orbiculatis. *Fl. dan.* 1028. *Engl. bot.* 867. *Dreves et Hayne t.* 2.

In paludibus turfosis ad Lieskau, Dölau, bei Benndorf am Löberbach copiosissime. Iul. ♃

*374. Dr. intermedia, scapo adscendente racemoso, foliis ovalibus, stigmatibus emarginatis. *Engl. bot.* 868. *Dreves u. Hayne t.* 3. *Dros. longifolia Schk. t.* 87.

Ibidem, sed rarius. Iul. ♃

375. Dr. longifolia, scapo erecto racemoso, foliis obverse lanceolatis, stigmatibus clavatis. *Fl. dan.* 1093. *Dreves u. Hayne t.* 3. *Dros. anglica Engl. bot.* 869.

In palude uliginosa ad breiten Saal im Loderslebischen Holze. Aug. ♃

POLYGYNIA.

143. MYOSURUS.

376. M. minimus. *Curt. n.* 43. *Fl. dan.* 406. *Engl. bot.* 435. *Schk. t.* 88. *Sturm I.* 11.

In agris, cultis, muris limosis frequens. Iun. ☉

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores calyculati corollacei.*

144. TRIENTALIS. *Cal.* 6-phyllus inferus. *Cor.* petala 6-partita stellata. *Bacca* exsucca unilocularis.

145. BERBERIS. *Cal.* 6-phyllus inferus.

Pet. 6, ad bafin glandulis nectariferis 2. *Bacca* 2-fperma.

146. PEPLIS. *Cal.* campanulatus 12-dentatus, dentibus intercalaribus minimis. *Cor.* 6-petala fugaciffima. *Capf.* 2-locularis fupera.

** *Flores fpathacei.*

147. LEUCOIUM. *Cor.* fupera 6-petala campanulata, petalis apice incraffatis. *Antherae* obtufae.

148. GALANTHUS. *Cor.* fupera 6-petala, petalis 3 interioribus brevioribus emarginatis. *Stigma* et *Antherae* fubulatae.

149. ALLIUM. *Cor.* infera 6-petala, petalis ovatis. *Umbellae* plerumque congeftae.

*** *Flores nudi.*

† *Cor. inferae 6-petalae.*

150. ORNITHOGALUM. *Cor.* perfiftens patens. *Stam.* bafi dilatata.

151. SCILLA. *Cor.* plana. *Stam.* filiformia.

152. PHALANGIUM. *Cor.* plana. *Stam.* glabra. *Sem.* angulata. (*Juff. Tournef. Perf.*)

153. LILIUM. *Cor.* ſubcampanulata unguibus linea nectarifera canaliculata exaratis. *Capſ.* 3-valvis, valvis interiecto filo recticulato connexis.

154. TULIPA. *Cor.* campanulata. *Styl.* o. *Stigm.* 3-lobum. *Sem.* plana.

†† *Cor. infera* 1-*petala ſexfida.*

155. HYACINTHUS. *Cor.* campanulata, poris ad ovarium 3 nectariferis. *Capſ.* 3-locularis.

156. CONVALLARIA. *Cor.* campanulata. *Stigm.* 3-gonum. *Bacca* 3-locularis.

157. ASPARAGUS. *Cor.* 6-partita. *Stigm.* 3. *Bacca* 3-locularis.

158. ACORUS. *Cor.* planiuscula, petalis inflexis. *Antherae* didymae. *Spadix* multiflorus.

**** *Flores glumacei.*

159. JUNCUS. *Glum.* 2-phylla. *Cor.* 6-pètala. *Stigmata* 3. *Capſ.* ſupera 3-valvis polyſperma.

***** *Flores nulli.*

160. CALLA. *Spatha* monophylla ovato-cordata. *Spadix* ſimplex ſuperne

octonis, medio ſenis, inferne quaternis ſtaminibus circa quodv s germen tectus. *Antherae* didymae. *Bacca* carnoſa 6—8-locularis.

TRIGYNIA.

161. COLCHICUM. *Flos* ſpathaceus. *Cor.* 6-petaloidea, tubo radicato. *Capſ.* inflata 3-locularis.

162. TRIGLOCHIN. *Cal.* 6-phyllus. *Styl.* o. *Capſ.* baſi dehiſcens.

163. TOFIELDIA. *Cal.* 3-lobus. *Pet.* 6. *Capſ.* 3 polyſpermae.

164. RUMEX. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1. triquetrum.

POLYGYNIA.

165. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Capſ.* plures aggregatae monoſpermae.

Polygonum Perſicaria, Hydropiper, minus (VII), Lythrum Hyſſopifolia (VIII), Cl. XII. Ariſtolochia (XVII), Fumaria (XI).

* * *

MONOGYNIA.

144. TRIENTALIS.

377. TR. EUROPAEA. *Fl. dan.* 84. *Engl. bot.* 15. *Sturm I.* 17. *Schk. t.* 103.

In nemorosis montosis ad Lindberg, (hodie fere evanuit) ad Hornburg et Farnstädt rarius. Maio, Iun. ♃ *Numerus variat a 5 — 7.*

145. BERBERIS.

578. B. VULGARIS, floribus racemosis, spinis triplicibus, foliorum obovatorum serraturis aristatis. *Fl. dan.* 904. *Engl. bot.* 49. *Schk. t.* 99.

In sepibus et dumetis ad Gutenberg, Seeben, Ostrau, Mücheln. Maio. ♄

146. PEPLIS.

579. P. PORTULA, caule radicante, foliis oppositis obovatis, floribus axillaribus glomeratis. *Michel. t.* 18. *f.* 1. *Curt. n.* 48. *Fl. dan.* 64. *Engl. bot.* 1211. *Schk. t.* 99. *Sturm I.* 1.

In pratis udis ad Nietleben, Dölau et alibi frequens. Iul. Aug. ⊙ Petala *saepius nulla.*

147. LEUCOIUM.

580. L. VERNUM, spatha uniflora, stylo clavato. *Schk. t.* 89. *Sturm I.* 11.

In nemoribus umbrosis ad Lodersleben, ad Schkeuditz copiose. Mart. Apr. ♃

148. GALANTHUS.

581. G. NIVALIS. *Engl. bot.* 19. *Schk. t.* 89.

In pomariis, ad sepes passim. Mart. ♃

149. ALLIUM.

* *Foliis caulinis planis, umbella bulbifera.*

582. A. ARENARIUM, vaginis foliorum teretibus, foliis ciliatis, spatha mutica, staminibus tricuspidatis, petalis carina scabriusculis. *Fl. dan.* 290. *Rupp. jen.* 145. *t.* 2. *f.* 2. *Engl. bot.* 1358.

In nemoribus montosis, der Heide, dem Mittelholze, der Schleberoder Giehle. Iul. ♃. Flores *rubri*, caulis *ante anthesin nutans. A. Scorodoprasum dubia species.*

383. A. carinatum, foliis carinatis, ſpatha diphylla longiſſima, umbella globoſa, ſtaminibus omnibus ſubulatis. *Hall. all.* 51. *t.* 2. *I. Bauhin. II.* 561.

In nemoribus montoſis, dem Rocken- und Mittelholze. Iul. ♃ Flores *ochroleuci*.

** *Foliis caulinis teretibus, umbella bulbifera.*

384. A. vineale, ſpatha decidua, umbella congeſta, ſtaminibus tricuſpidatis. *Dodon.* 683.

In nemoribus montoſis, der Heide, dem Mittelholz. Iul. ♃ Flores *carnei*.

385. A. oleraceum, foliis ſcabris canaliculatis ſubtus ſulcatis, ſpatha umbellam laxam ſuperante, ſtaminibus ſimplicibus. *Hall. all. p.* 49. *t.* 1. *Engl. bot.* 488. *A. virens Lam. encycl.* 1. *p.* 67.

In vineis, pratis et pomariis et montoſis paſſim. Iul. Aug. ♃

Flores *pallide virides, linea purpuraſcente; adeſt etiam varietas purpureis floribus, pedicellis laxis longioribus, quae A. paniculatum L. eſſe videtur. Cf. Haller ſtirp. n.* 1225. *Gerard. gallopr. p.* 153.

*** *Floribus radicalibus, ſcapo nudo.*

386. A. angulosum, ſcapo ſubcompreſſo, foliis linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, umbella faſtigiata, ſtaminibus ſubulatis. *A. petraeum umbelliferum I. Bauh. II.* 564. *Barrel.* 1022. *Gmel. ſib. I. t.* 14. *f.* 2.

In montoſis rupeſtribus, ad ripas Unſtrut. Iul. ♃

Occurrit in pratis, praeſertim auf dem Görz bei Wörmlitz: A. pratenſe, folio gramineo, flore albo, Rudbeck. camp. elyſ. II. p. 159., *quod cum Hallero varietatem huius habeo.*

387. A. ursinum, ſcapo ſemicylindrico, foliis lan-

ceolatis petiolatis, umbella faſtigiata. *Fl. dan.* 757. *Engl. bot.* 122.

In nemoroſis et pratis humidis, auf der Raben-inſel bei Bolberg, ad Liebenau. Maio. ♃

150. HYACINTHUS.

388. H. comosus, corollis angulato-cylindricis, ſummis ſterilibus longius pedicellatis. *Jacqu. auſtr. t.* 126.

In nemoroſis montoſis, der Heide, dem Zorgs und Lindberg, Rocken- und Mittelholz copioſe. Iun. ♃

389. H. botryoides, corollis globoſis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis ſtrictis.

In pomariis graminoſis. Maio. ♃

151. CONVALLARIA.

390. C. maialis, ſcapo nudo ſemicylindrico, floribus racemoſis campanulatis nutantibus. *Curt. n.* 51. *Fl. dan.* 86. *Engl. bot.* 128. *Sturm I.* 14.

In ſylvis et nemoribus copioſe. Maio. ♃

391. C. Polygonatum, caule angulato, foliis alternis amplexicaulibus, floribus axillaribus ſubſolitariis infundibuliformibus. *Fl. dan.* 377. *Engl. bot.* 280.

In ſylvis et nemoribus ad Seeben, Gutenberg, Dölau. Iun. ♃

392. C. multiflora, caule tereti, foliis alternis amplexicaulibus, pedunculis axillaribus multifloris. *Engl. bot.* 179. *Fl. dan.* 152. *Schk. t.* 97. *Hayne u. Dreves t.* 52.

In ſylvis et nemoribus abundanter. Maio. ♃

393. C. bifolia, foliis cordatis petiolatis, corollis rotatis quadrifidis tetrandris. *Fl. dan.* 291. *Sturm. I.* 13.

In nemoroſis humidis frequens. Iun. ♃

152. ASPARAGUS.

394. A. officinalis, caule herbaceo tereti inermi, foliis setaceis fasciculatis mollibus, stipulis solitariis. *Fl. dan.* 805 *Engl. bot.* 339. *Schk.* t. 96.
In pratis, nemorosis frequens. Iun. ♃

153. ORNITHOGALUM.

395. O. luteum, caule angulato infra monophyllo, pedunculis umbellatis simplicibus glabris, petalis obtusiusculis. *Fl. dan.* 378. *Engl. bot.* 21.
In sepibus et dumetis humidis, in der Lucke etc. Apr. ♃

396. O. minimum, scapo angulato nudo, pedunculis umbellatis ramosis pubescentibus, petalis acutiusculis. *Sturm I.* 12.
In pomariis, cultis, agris ubique. Apr. ♃
Vereor, saepius confundi cum priori.

397. O. umbellatum, floribus corymbosis, pedunculis longissimis. *Schk.* t. 954.
In collibus ad Trotha, Seeben passim. Maio. ♃

154. SCILLA.

398. Sc. amoena, scapo angulato, pedunculis alternis flore brevioribus, bracteis obtusis brevissimis. *Schk.* t. 94.
In pomariis, cultis; ex oriente cum Aesculo et Datura. Maio. ♃

155. PHALANGIUM.

399. Ph. ramosum, scapo ramoso, foliis planis, pistillo recto. *Fl. dan.* 1157. *Schk.* t. 95. *Anthericum L.*
In collibus nemorosis aut apricis etiam, ad Kröllwitz vulgare, auf der Gimritzer Wiese, auf dem Tannenberge bei Gutenberg copiose. Iun. Iul. ♃

400. Ph. Liliago, scapo simplicissimo, foliis planis, pistillo declinato. *Fl. dan.* 616. *Anthericum L.*
In collibus apricis ad Kölme, Bennstädt. Iul. ♃

156. LILIUM.

401. L. Martagon, foliis verticillatis ovato-lanceolatis, corollis reflexis revolutis. *Jacqu. austr. t.* 351.

In nemoribus montosis umbrosis, Rocken- und Mittelholze, ad Ostrau, in der Abatissine bei Kitten, in den Schmonschen Bergen, bei Erdeborn et alibi frequens. Iun. ♃

157. TULIPA.

402. T. sylvestris, flore solitario subnutante, foliis lanceolatis, staminibus basi hirsutis. *Fl. dan.* 375. *Engl. bot.* 63. *Schk. t.* 93.

In nemoribus rarius. Maio. ♃

158. ACORUS.

403. A. Calamus, scapi mucrone longissimo foliaceo. *Smith. Engl. bot.* 356. *Fl. dan.* 1158. *Schk. t.* 97.

In fossis prope Passendorf et alibi frequens. Iul. ♃

159. JUNCUS.

* *Panicula laterali.*

404. J. conglomeratus, culmo nudo stricto, panicula conglobata, floribus triandris, capsula subrotunda obtusa. *Host III. t.* 82. *Fl. dan.* 1094.

In uliginosis, fossis vulgatissimus. Iun. Iul. ♃

405. J. glaucus, culmo nudo glauco apice inflexo tereti, panicula erecta, capsulis oblongis stylo persistente coronatis. *Host III. t.* 81. *Fl. dan.* 1195. *Moris. III. f.* 8. *t.* 10. *f.* 13. (*sed non f.* 25.) *J. inflexus Leyss.*

In pascuis et pratis humidis vulgaris. Iun. Iul. ♃

406. J. effusus, culmo nudo stricto, panicula supradecomposita effusa, capsulis subclavatis obtusis. *Host III. t.* 83. *Fl. dan.* 1096.

In uliginosis, ad fossas frequens. Iun. Iul. ♃

407. J. filiformis, culmo nudo filiformi nutante, panicula simplici bracteata, pedunculis subbifloris, capsulis subrotundis ovatis. *Host III. t.* 84. *Fl. dan.* 1207. *Engl. bot.* 1157.

In paludibus turfosis ad Zöckeritz et Benndorf am Löberbach. Iul. ♃

** *Panicula vel corymbo terminali, pedicellis unifloris.*

408. J. squarrosus, culmo nudo, panicula elongata, capsulis obtusis, foliis setaceis canaliculatis. *Fl. dan.* 430.

In caespitosis, ad vias passim. Iun. ♃

409. J. bufonius, culmo folioso subramoso, foliis linearibus canaliculatis, paniculae dichotomae ramis multifloris; petalis acuminatis capsula obtusa longioribus. *Host III. t.* 90. *Fl. dan.* 1098.

In humidis umbrosis, im Seebenschen Busche copiose. Iun. Iul. ☉

410. J. bulbosus, culmo folioso simplici compressiusculo, foliis canaliculatis, corymbo terminali foliis floralibus breviori, capsula subrotunda obtusa corollam excedente. *Willd. ap. Rostkov. junc. Host III. t.* 89. *Fl. dan.* 431.

In pratis et pascuis humidis, campis herbidis vulgatissimus. Iun. Iul.

411. J. pilosus, foliis planis pilosis, corymbi subsimplicis pedunculis unifloris reflexis, glumis laevibus, petalis capsula obverse pyriformi brevioribus. *Host III. t.* 100. *Curt. n.* 59.

In nemoribus. Apr. Maio. ♃

*** *Corymbo terminali e capitulis 2- vel multifloris composito.*

*412. J. spadiceus, foliis canaliculatis glabris subciliatis, vaginis pilosis, panicula decomposita

laxa nutante, glumis ciliatis, petalis capſula longioribus. *Hoſt III. t.* 96. *Vill. delph. II. t.* 6.

In nemoribus montoſis ad montem ſerenum et Hornburg. Maio, Iun. ♃

*413. J. NEMOROSUS, culmo folioſo ſubramoſo, foliis planis piloſis, paniculae ramis erectis, glumis ciliatis ſubinciſis, petalis acuminatis capſula ſubrotunda longioribus. *Hoſt III. t.* 97.

In nemoribus non rarus. Maio. ♃

Confunditus vulgo cum J. piloſo, a quo tamen differt et glumis ciliatis et capſulae forma et petalorum longitudine.

414. J. ALBIDUS, foliis planis linearibus piloſis, corymbo decompoſito patulo foliis breviori, capitulis ſubquadrifloris, petalis ſubaequalibus, capſula ovali ſtylo perſiſtente coronata. *Hoſt III. t.* 95.

In nemoribus montoſis, der Heide et alibi. Iun. ♃

415. J. SYLVATICUS, culmo erecto, foliis nodoſo-articulatis teretibus, panicula ſupradecompoſita, petalis mucronulatis. *Hoſt III. t.* 86. *J. acutiflorus Hofm. Junc. articulatus γ. Leyſs.*

In nemoribus humidis ad Gutenberg frequens. Iun. ♃

416. J. ADSCENDENS, culmo adſcendente, foliis nodoſo-articulatis ſubcompreſſis, panicula compoſita, petalis obtuſiusculis, capſula obverſe pyriformi. *Hoſt III. t.* 87. *Fl. dan.* 1097. *J. obtuſiflorus Hofm. J. articulatus α. Leyſs.*

In pratis udis, auf der groſsen und kleinen Wieſe vulgaris. Aeſtate. ♃

417. J. SUBVERTICILLATUS, culmo procumbente, foliis ſetaceis ſubarticulatis, corymbo dichotomo

divaricato, capitulis ſubquinquefloris ſeſſilibus, floribus ſubtriandris, capſula retuſa.

α. *J.* uliginoſus *Roth.*, *Smith.* *ſtolonifer* *Wohll.* *culmo procumbente radicante.* *Hoſt III. t.* 88. *Fl. dan.* 817. *Sturm I.* 13. *Schk. t.* 98. *b.*

In palude ad Lieskau, Iul. ♃

β. *J.* ſupinus, *culmo ſuberecto humili, capitulo triphyllo. Fl. dan.* 1099.

In pratis udis ad Unterſchmon. *Wohll.* Iul. ♃

**** *Floribus racemoſo-ſpicatis.*

418. J. CAMPESTRIS, foliis planis piloſis, ſpicis pedunculatis umbellatis, intermedia ſeſſili, petalis mucronatis capſula longioribus. *Curt. n.* 24.

In paſcuis ſiccis ac nemoribus vulgatiſſimus. Apr. ♃

160. CALLA.

419. C. PALUSTRIS, foliis cordatis, ſpatha plana. *Schk. t.* 278. *Fl. dan.* 422. *Sturm I.* 5.

In prato paludoſo auf der Abendſeite von Könnern, unico loco. Iul. ♃

TRIGYNIA.

161. COLCHICUM.

420. C. AUTUMNALE, foliis planis lanceolatis obtuſis erectis. *Engl. bot.* 133. *Schk. t.* 101. *Sturm I.* 3.

In pratis fere omnibus vulgatiſſimum. Sept. ♃

162. TRIGLOCHIN.

421. TR. PALUSTRE, capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Fl. dan.* 490. *Engl. bot.* 366. *Schk. t.* 102. *Sturm I.* 13.

In pratis humidis vulgaris. Iun. ♃.

422. TR. MARITIMUM, capſulis ſexlocularibus ovatis. *Fl. dan.* 306. *Engl. bot.* 255.

In locis ſalſis inundatis, ad Dieskau, Kölme, Langenbogen, ad lacum ſalſum. Iun. ♃

163. TOFIELDIA.

*423. T. PALUSTRIS, petalis obovatis obtuſis. *Engl. bot.* 536. *Anthericum calyculatum Fl. dan.* 36. *Narthecium iridifolium Vill. Helonias borealis Willd. ſpec. Heriteria anthericoides Schrank: Sternberg bot. Zeit. I.* 83. *c. ic.*

In palude turfoſa nicht weit vom Löberbach bei der Benndorfer Mühle, rechts der Straſse von Delitzſch nach Holzweiſig. Iul. ♃

164. RUMEX.

* *Flores hermaphroditi.*

424 R. SANGUINEUS, valvulis integerrimis oblongis, unica maxime granifera, foliis cordato-lanceolatis ſubundulatis. *Petiv. h. brit. t.* 2. *f.* 5.

In umbroſis, paſcuis, cultis, oleraceis. Iul. ♃

Exſtat varietas exſanguis *Kitaib. (Petiv. h. brit. t.* 2. *f.* 6.) *R. acutus Curt. n.* 31.

425. R. CRISPUS, valvulis ovatis integris omnibus graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Curt. n.* 18.

In humidis, ad pagos, vias, foſſas frequens. Iul. Aug. ♃

Huius varietas eſt R. Nemolapathum *L. ſuppl. R.* conglomeratus *Roth. R.* paludoſus *Ait., qui ſolummodo foliis minus undulatis differt. Occurrit ad Paſſendorf, Seeben, Gutenberg copioſe.*

426. R. ACUTUS, valvulis oblongis dentatis omnibus graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis, racemis folioloſis. *Petiv. h. brit. t.* 2. *f.* 3.

In humidis vulgaris. Iun. Iul. ♃

427. R. OBTUSIFOLIUS, valvulis dentatis, unica maxime granifera, foliis radicalibus cordatis obtusis, caule sulcato superne scabro. *Curt. n* 29.

In ruderatis et ad vias, auf der Gimritzer Wiese, auf dem Petersberge et alibi. Iun. Iul. ♃

428. R. MARITIMUS, valvulis deltoideis dentatis graniferis, dentibus setaceis valvula longioribus, verticillis confertis, foliis linearibus. *Fl. dan.* 1208.

In fossis et paludibus, im Gohrenbach bei Holzweisig. Au . ⊙

R. palustris *Smith*, *Curt. n.* 28. *sola varietas dentibus brevioribus esse videtur.*

429. R. AQUATICUS, valvulis ovatis integris obsolete graniferis, foliis cordato-lanceolatis acutis. *Petiv. h. brit. t.* 2. *f.* 1.

In fossis et ad ripas Salae vulgaris. Iun. Iul. ♃

R. Hydrolapathum *Ait.*, *Huds.* *R.* Britannica *Willd.*, *Roth.*, *Hofm. nonnisi levis est varietas, ubi granulum alias obsoletum paullo prominet.*

** *Flores dioici.*

430. R. ACETOSA, foliis oblongis sagittatis, valvulis graniferis. *Engl. bot.* 127.

In pomariis, pratis et pascuis vulgaris. Iul. ♃

431. R. ACETOSELLA, foliis lanceolato-hastatis, valvulis grano destitutis. *Curt. n.* 52. *Fl. dan.* 1161.

In pascuis siccis, collibus apricis vulgatissimus. Aestate. ♃

POLYGYNIA.

165. ALISMA.

432. A. PLANTAGO, foliis ovatis acutis, nervosis, panicula verticillato-decomposita, capsulis obtuse

trigonis. *Curt. n.* 54. *Fl. dan.* 561. *Engl. bot.* 837. *Schk. t.* 102.

In foffis, aquis fere omnibus et locis inundatis. Iul. ♃

433. A. NATANS, foliis fubmerfis linearibus, natantibus ellipticis obtufis venofis, pedunculis folitariis, capfulis ftriatis. *Roth. germ. II.* 1. 429.

Prope Merfeburg im Gotthardsteiche. Aug. ♃

434. A. RANUNCULOIDES, foliis lineari-lanceolatis, fcapo verticillato paucifloro, capfulis pentagonis incurvis globofo-aggregatis. *Fl. dan.* 122. *Engl. bot.* 326.

In palude turfofa ad Lieskau. Aug. ♃

CLASSIS VII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi.*

166. AESCULUS. *Cal.* 1-phyllus, 4—5-dentatus ventricofus. *Cor.* 4 — 5-petala irregularis. *Capf.* 3-locularis.

167. EPILOBIUM. *Cal.* 4-fidus fuperus. *Cor* 4-petala. *Capf.* 4-locularis. *Sem.* pappofa.

168. OENOTHERA. *Cal.* 4-fidus fuperus. *Cor.* 4-petala. *Capf.* 4-locularis. *Sem.* nuda.

169. ACER. *Cal.* 5-fidus inferus: *Cor.* 5-petala. *Samarae* duae unialatae.

170. VACCINIUM. *Cal.* 4-dentatus breviſſimus ſuperus. *Cor.* 1-petala campanulata. *Antherae* bicornes dorſo 2-ariſtatae. *Bacca* 3—5-locularis.

171. ERICA. *Cal.* 4-phyllus inferus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 4-locularis.

* * *Flores incompleti.*

172. DAPHNE. *Cal.* corollinus 4-fidus inferus. *Bacca* 1-ſperma.

TRIGYNIA.

173. POLYGONUM. *Cal.* corollinus 5-partitus inferus. *Cor.* o. *Sem.* 1 nudum.

TETRAGYNIA.

174. ADOXA. *Cal.* ſuperus dentatus. *Cor.* 4—5-fida ſupera. *Bacca* 1-locularis 4-ſperma calyce ſemiveſtita.

175. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſupera 4-locularis.

176. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Capſula* ſupera 4-locularis.

Ulmus effuſa (V), Monotropa, Chryſoſplenium, Scleranthus, Euphorbia (VIII), Polygala (XIV), Myriophyllum, Corylus (XVIII).

ENNEANDRIA: HEXAGYNIA.

177. BUTOMUS. *Cal.* Involucrum 3-phyllum. *Cor.* 6-petala alternis maioribus. *Capſ.* 6 polyſpermae.

Mercurialis (XIX).

MONOGYNIA.

166. AESCULUS.

435. Ae. Hippocastanum, foliis digitatis ſeptenis, corollis pentapetalis patulis. *Schk. t.* 104.

Ad pagos, vias paſſim. Maio. ♄

Ex Oriente cum Scilla et Datura. Numerus ſtaminum 7—9.

167. EPILOBIUM.

436. E. angustifolium, foliis ſparſis lineari-lanceolatis venoſis glabris, floribus inaequalibus, ſtaminibus declinatis. *Curt. n.* 18. *Fl. dan.* 289. *Schk. t.* 106.

In pratis umbroſis et ad ſepes, in der Lucke, bei Wörmlitz, in der Heide. Iul. ♃

Varietas foliis latioribus eſt E. latifolium Leyſs. non L.

437. E. hirsutum, foliis ſemiamplexicaulibus ovato-lanceolatis denticulatis cauleque ramoſiſſimo villoſis, radice ſtolonifera. *Curt. n.* 20. *Fl. dan.* 326. *Engl. bot.* 838.

In foſſis et ſalicetis ad Nietleben, in der Lucke, Dieskau et alibi frequens. Iul. ♃

Flores roſei magni.

438. E. parviflorum, foliis ſeſſilibus lanceolatis pu-

bescentibus, caule subsimplici lanato, radice fibrosa. *Engl. bot.* 795. *Ep. villosum Curt.* n. 21. *Leyss. Ep. pubescens Willd.. Ep. hirsutum Huds. Fl. dan.* 347.

In fossis et rivulis pratorum ad Nietleben, Canena, Reideburg, passim. Iul. ♃

Flores *purpurei minusculi.*

439. E. ROSEUM, foliis oppositis alternisque ovato-lanceolatis denticulatis glabris petiolatis, caule teretiusculo glabro, stigmate quadrifido. *Schreb. Retz. E. montanum Fl. dan.* 922.

In cultis umbrosis, sepibus et dumetis. Iul. ♃

Nec E. montani, nec E. tetragoni varietas.

440. E. TETRAGONUM, foliis lanceolatis denticulatis, caule tetragono, stigmate indiviso. *Curt.* n. 22. *Fl. dan.* 1029.

In fossis ad Seeben an der salzigen See bei Röblingen. Iul. ♃

441. E. PALUSTRE, foliis sessilibus lineari-lanceolatis subdenticulatis, caule tereti, stigmate indiviso. *Engl. bot.* 346.

In paludibus ad Nietleben et alibi. Iul. ♃

168. OENOTHERA.

442. OE. BIENNIS, foliis ovato-lanceolatis denticulatis, caule villoso submuricato, staminibus corolla brevioribus. *Fl. dan.* 446. *Sturm I.* 5.

E Virginia cum Erigeronte canadensi ad nos venit, iam indigena, ad vias, sepes, in suburbiis. Iul. ♂

169. ACER.

443. A. PSEUDOPLATANUS, foliis quinquelobis inaequaliter serratis, racemis pendulis. *Engl. bot.* 303. *Kern.* 3. 18.

In sylvis montosis ad Schleberode, Möncherode, Brehna. Maio. ♄

444. A. PLATANOIDES, foliis quinquelobis utrinque glabris, lobis dentibusque acuminatis, corymbis erectis. *Schk. t.* 351. *Kern.* 3. *t.* 17.

In sylvis montosis ad Lodersleben, Schmon. Maio. ♄

445. A. CAMPESTRE, foliis quinquelobis subintegris, lobis obtusis maioribus obsolete subsinuatis; corymbis erectis. *Engl. bot.* 304. *Kern.* 3. *t.* 19.

In sylvis montosis, praesertim ad Schmon, Lodersleben, Hornburg. Maio, Iun. ♄

170. VACCINIUM.

* *Foliis deciduis.*

446. V. MYRTILLUS, pedunculis unifloris, foliis ovatis serratis, caule angulato. *Fl. dan.* 974. *Engl. bot.* 456. *Schk. t.* 107. a.

In montosis sylvaticis, der Heide, dem Zorgs, Lindberg et alibi copiose. Apr. Maio. ♄

Stamina saepe 10.

** *Foliis sempervirentibus.*

447. V. VITIS IDAEA, racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis denticulatis subtus punctatis. *Fl. dan.* 40. *Engl. bot.* 598.

In montosis sylvaticis ad Lodersleben, Helfta. Iun. ♃

448. V. OXYCOCCOS, caulibus repentibus filiformibus, foliis ovatis integerrimis revolutis subtus glaucis, pedunculis aggregatis terminalibus unifloris. *Fl. dan.* 80. *Engl. bot.* 319. *Schk. t.* 107. a. *Oxycoccus palustris Pers. syn.*

In paludibus Sphagno repletis rarissime, ad Dölau, ad Benndorf cum Tofieldia palustri. Iun. Iul. ♃

171. ERICA.

449. E. VULGARIS; antheris aristatis inclusis, stylo exserto, corolla quadripartita, foliis quadrifa-

riam imbricatis basi calcaratis. *Curt. n.* 50. *Fl. dan.* 677. *Sturm I.* 1. *Schk. t.* 107. a.

In sterilibus *ericetis*, sylvis abundanter. Aug. ♄

Varietas occurrit pone dem Fasanenhause in paludibus, foliis pubescenti incanis, quae E. ciliaris Huds. vulgaris hirsuta Raii syn.

172. DAPHNE.

450. D. Mezereum, floribus sessilibus aggregatis caulinis, foliis deciduis lanceolatis. *Fl. dan.* 268. *Engl. bot.* 1381. *Schk. t.* 107. a. *Sturm I.* 8.

In nemorosis montosis, ad Erdeborn, auf den alten Steinkohlenhalden, bei Lodersleben und Leimbach im Lindberge etc. Apr. ♄

TRIGYNIA.

173. POLYGONUM.

* *Trigyna.*

451. P. Bistorta, caule simplicissimo erecto monostachyo, foliis ovatis undulatis in petiolum decurrentibus. *Curt. n.* 2. *Engl. bot.* 509. *Dreves u. Hayne t.* 39.

In pratis subhumidis ad Seeben, Gutenberg, Etzdorf et alibi. Iun. ♃

452. P. aviculare, caule procumbente herbaceo, foliis elliptico-lanceolatis margine scabris, ochreis paucinerviis, floribus axillaribus. *Curt. n.* 10. *Engl. bot.* 1252. *Sturm I.* 1.

In cultis, ruderatis, agris, arvis ubique. Aest. ☉

Ludit foliis angustioribus, latioribus, rubentibus; flore albo et rubro.

453. P. Convolvulus, caule volubili angulato, foliis cordato-sagittatis, laciniis calycinis obtuse carinatis. *Curt. n.* 44. *Fl. dan.* 744.

In arvis, hortis et sepibus frequens. Iun. Iul. ☉

454. P. DUMETORUM, caule volubili ſtriato, foliis cordatis, floribus carinato-alatis. *Fl dan.* 756.

In nemoribus umbroſis ad Seeben, in der Lucke etc. Iul. ☉.

Planta ſaepe plusquam orgyalis.

** *Digyna.*

455. P. AMPHIBIUM, floribus pentandris, ſpica ovata,

α. *P.* aquaticum, *foliis oblongis obtuſis glaberrimis, ſtaminibus corolla brevioribus. Curt. n.* 40. *Fl. dan.* 282.

β. P. terreſtre, *foliis oblongo-lanceolatis acutiusculis ſcabris, ſtaminibus corolla longioribus. Engl. bot.* 436.

In paludibus vulgare α. aquae innatat, β. ad margines paludum; ſed utraque ſaepe mire ludit. Aeſtate. ♃

456. P. PERSICARIA, floribus hexandris, ſpicis ovato-oblongis erectis, pedunculis laevibus, foliis lanceolatis ſubmaculatis, ochreis ciliatis. *Curt. n.* 5. *Fl. dan.* 702.

In foſſis et paluſtribus vulgare. Iul. Aug. ☉

Flores roſei; foliis ſubtus incanis ludit.

*457. P. LAPATHIFOLIUM, floribus hexandris, ſpicis brevibus obtuſis demum nutantibus, pedunculis ſcabris, ochreis muticis, ſeminibus utrinque concavis. *Curt. n.* 12.

Cum priori ſubinde occurrit. Iul. Aug. ☉

Flores albido-vireſcentes vel parum rubicundi.

458. P. HYDROPIPER, floribus hexandris, ſpicis linearibus laxis nutantibus, foliis lanceolatis undulatis immaculatis, ochreis ſubciliatis, ſeminibus compreſſis. *Curt. n.* 11. *Schk. t.* 108.

In foſſis et paludibus frequens. Sept. ☉

*459. P. MINUS, floribus hexandris, ſubmonogynis,

foliis lineari-lanceolatis subaveniis, spicis filiformibus erectiusculis, ochreis ciliatis, caule basi radicante. *Curt. n.* 11. *Engl. bot.* 1048. *P. angustifolium Roth. P. strictum Allion.*

Im Burgholz bei Radewell, bei Kölme an der Salzke, bei Memleben. Iul. Aug. ⊙

TETRAGYNIA.

174. ADOXA.

460. A. Moschatellina. *Curt. n.* 23. *Schk. t.* 109. a. *Fl. dan.* 94. *Engl. bot.* 453.

In nemorosis umbrosis humidis im Zorgs, Lindberg, ad Liebenau. Apr. ♃

Herba moschum redolens; stamina primarii terminalis floris 8; *lateralium secundariorum* 10.

175. PARIS.

461. P. quadrifolia. *Fl. dan.* 139. *Engl. bot.* 7. *Schk. t.* 109. a. *Sturm I.* 12.

In nemorosis umbrosissimis ad Erdeborn, Schmon, Lodersleben, Liebenau. Maio. ♃

176. ELATINE.

*462. E. Hydropiper, foliis oppositis, floribus alternis. *Fl. dan.* 156. *Schk. t.* 109.

Semel legi ad ripam Salae hinter den kön. Kothen. Aug. ⊙

ENNEANDRIA.

177. BUTOMUS.

463. B. umbellatus. *Curt. n.* 1. *Fl. dan.* 604. *Schk. t.* 111. *Sturm I.* 18.

In fluviis nostris, aquis profundioribus vulgaris. Iul. ♃

CLASSIS VIII.

D E C A N D R I A.

MONOGYNIA.

* *Flores completi pentapetali.*

178. MONOTROPA. *Cal.* 4—5-phyllus coloratus. *Pet.* 4—5 basi appendiculata. *Stigma* discoideum. *Caps.* 4—5-locularis 5-valvis.

179. DICTAMNUS. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5 inaequalia. *Stam.* declinata glandulosa. *Caps.* 5, 2-valves. *Sem.* arillata.

180. LYTHRUM. *Cal.* 10—12-dentatus inferus. *Pet.* 5—6 calyci inserta. *Stam.* alterna longiora. *Caps.* 2-locularis polysperma.

181. PYROLA. *Cal.* 5-partitus. *Pet.* 5 aequalia. *Antherae* poris duobus. *Caps.* 5-locularis polysperma supera angulis dehiscens.

** *Flores incompleti.*

182. ASARUM. *Cal.* 3-fidus superus. *Cor.* 0. *Antherae* 10—12 geminae aristatae. *Stigm.* 5—6-fidum. *Caps.* coriacea 6-locularis coronata.

DIGYNIA.

* *Flores completi 5-petali.*

183. SAXIFRAGA. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* biroſtris unilocularis polyſperma.

184. GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus 5-gonus. *Petala* ovata ſubſeſſilia. *Capſ.* 1-locularis 5-valvis globoſa.

185. SAPONARIA. *Cal.* 1-phyllus tubuloſus 5-dentatus, baſi nudus. *Capſ.* 1-locularis oblonga.

186. DIANTHUS. *Cal.* 1-phyllus tubuloſus 5-dentatus, ſquamis ſuccinctus. *Pet.* unguiculata. *Capſ.* 1-locularis cylindrica.

187. AGRIMONIA. *Cal.* 1-phyllus 5-dentatus echinatus calyculatus. *Pet.* et *Stam.* 10 — 12 calyci inſerta. *Sem.* 2 calyce veſtita.

** *Flores incompleti.*

188. SCLERANTHUS. *Cal.* 1-phyllus ſuperus 5-dentatus. *Cor.* 0. *Sem.* 1 arillatum calyce corticato tectum.

189. CHRYSOSPLENIUM. *Cal.* 4 — 5-fidus coloratus. *Cor.* 0. *Stam.* 8 — 10. *Capſ.* ſeminifera ſemibivalvis ſubbiroſtris polyſperma.

TRIGYNIA.

* *Flores completi 5-petali.*

190. CUCUBALUS. *Cal.* ſubinflatus 5-dentatus. *Pet.* ad ungues nuda. *Capſ.* 3-locularis polyſperma.

191. SILENE. *Cal.* ſubventricoſus 5-dentatus. *Pet.* ad ungues coronata. *Capſ.* ſub 3-locularis polyſperma.

192. STELLARIA. *Cal.* 5-phyllus patens. *Petala* bipartita. *Capſ.* 1-locularis ore ſexdentato.

193. ARENARIA. *Cal.* 5-phyllus patens. *Pet.* integra. *Capſ.* 1-locularis.

** *Flores ſubincompleti.*

194. EUPHORBIA. *Cal.* inferus 1-phyllus ventricoſus. *Nectar.* 4—8, craſſiuſcula, calyci inſidentia. *Capſ.* 3-cocca pedicellata.

PENTAGYNIA.

Flores 5-petali.

195. SEDUM. *Cal.* 5-fidus. *Squamae* 5 nectariferae ad baſin germinis. *Capſ.* 5 ſuperae.

196. OXALIS. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* unguibus connexa. *Stam.* ſubmonadelpha,

alterna longiora. *Capſ.* ſupera 5-locularis pentagona angulis dehiſcens. *Sem.* arillata.

197 AGROSTEMMA. *Cal.* 1-phyllus 5-dentatus pentagonus coriaceus. *Pet.* unguiculata. *Capſ.* 1-locularis ore 5-dentato.

198. LYCHNIS. *Cal.* 1-phyllus 5-dentatus tubuloſus. *Pet.* ad ungues coronata. *Capſ.* 1 — 3 — 5 locularis.

199 CERASTIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* bifida. *Capſ.* 1 locularis ore 10-dentato apice dehiſcens.

200. SPERGULA. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* integra. *Capſ.* 1-locularis 5-valvis.

DECAGYNIA.

201. SEMPERVIVUM. *Cal.* 10 — 12-partitus. *Cor.* 10 — 12 petala. *Stam.* monadelpha. *Capſ.* 10 — 12 aut plures.

Vaccinium Myrtillus, Adoxa Moſchatellina (VII), Geranium Portulaca (XIII), Cl. XIV. fere tota.

* * *

MONOGYNIA.

178. MONOTROPA.

464. M. Hypopitys, floribus lateralibus octandris terminali decandro. *Fl. dan.* 232. *Engl. bot.* 69. *Schk. t.* 116. *Sturm I* 13.

Parasitica ad radices fagorum vel pinuum locis umbrosissimis, im Brehnischen Holze, bei Lodersleben und Schmon. Iul. ♃

179. DICTAMNUS.

465. D. albus. *Schk. t.* 114. *Sturm I.* 6.

In sylvis montosis, in der Heide, dem Lindberge, Rocken- und Mittelholze et alibi frequens. Iun. ♃

180. LYTHRUM.

466. L. Salicaria, caule subquadrangulo, foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus verticillato-spicatis. *Curt. n.* 31. *Fl. dan.* 671. *Engl. bot.* 1061.

Ad ripas Salae, in fossis frequens. Aestate. ♃

467. L. Hyssopifolia, caule teretiusculo, foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus axillaribus solitariis oligandris. *Schk. t.* 128. *Engl. bot.* 292. *Kupp. t.* 6. *f.* 2.

In arvis inundatis, ad Nietleben, Schraplau etc. Aug. ☉

181. PYROLA.

468. P. rotundifolia, foliis subrotundo-ellipticis obtusiusculis, staminibus adscendentibus, pistillo declinato. *Fl. dan.* 110. *Engl. bot.* 213. *Sturm I.* 13.

In nemoribus umbrosis humidis, hinter dem Fasanenhause, bei Dolau, Lieskau, in der Abatissina, bei Liebenau. Iun. Iul. ♃

469. P. minor, foliis ovatis serrulatis acutis, stami-

nibus piſtilloque rectis. *Fl. dan.* 55. *Engl. bot.* 158. *Sturm I.* 13.

In nemoribus umbroſis ad Dölau, Lodersleben, Hornburg. Iun. Iul. ♃

470. P. SECUNDA, foliis ovatis ſerrulatis, racemo unilaterali, piſtillo recto. *Fl. dan.* 402. *Engl. bot.* 517. *Sturm I.* 13.

In nemoribus umbroſis ad Schmon, Brehna, Schleberode. Iun. Iul. ♃

471. P. UMBELLATA, foliis lanceolatis baſi attenuatis apice ſerratis, pedunculis ſubumbellatis. *I. Bauh. hiſt. III.* 536.

In ſylva umbroſa ad Lodersleben ſemel legi. Iul. ♃

472. P. UNIFLORA, foliis obovatis ſerrulatis, pedunculo unifloro. *Fl. dan.* 8. *Engl. bot.* 146. *Schk. t.* 119.

In nemoribus umbroſis ad Schmon et Gatterſtädt rariſſime. Iul. ♃

182. ASARUM.

473. A. EUROPAEUM, foliis reniformibus obtuſis binis. *Fl. dan.* 633. *Engl. bot.* 1083. *Sturm I.* 2.

In nemoribus montoſis ad Erdeborn, Brucke bei Rothenburg, Fienſtädt, im Kloſchwitzer Holze hinter Wettin. Maio. ♃

D I G Y N I A.

183. SAXIFRAGA.

474. S. TRIDACTYLITES, foliis radicalibus ſubintegris, caulinis cuneatis triſido-inciſis; caule ramoſo; pedunculis unifloris, petalis calycem ſubaequantibus. *Curt. n.* 22. *Engl. bot.* 501.

In rupeſtribus ad Kröllwitz et Giebichenſtein copioſe. Apr. Maio. ☉

Variat caule *magis ramoso altiori*, foliis *radicalibus profunde incisis, quae est S.* petraea *R o t h. (nov. act. nat. cur.* 7. *p.* 200.*)*, *quam dignissimus observator dein (fl. germ. II.* 470.*) melius collocavit.*

475. S. granulata, foliis reniformibus lobatis, caule paniculato, radice granulata, petalis calycem multo excedentibus. *Curt. n.* 9. *Engl. bot.* 500. *Sturm I.* 6. *Schk. t.* 119.

In collibus apricis vulgaris. Maio. ♃

184. GYPSOPHILA.

476. G. muralis, caule dichotomo foliis linearibus planis, calycibus nudis, petalis crenatis. *Schk. t.* 120. *Sturm I.* 1.

In montosis aridis, rupibus ad Kröllwitz, Trotha, Dölau, Seeben. Aug. ♂

185. SAPONARIA.

477. S. officinalis, calycibus cylindricis, foliis elliptico-lanceolatis. *Curt. n.* 17. *Fl. dan.* 543. *Engl. bot.* 1060. *Sturm I.* 6. *Schk. t.* 121.

In pratis et dumetis, in der Preussischen Lucke, ad Wörmlitz, Beuchlitz. Iun. Iul. ♃

478. S. Vaccaria, calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis. *Dodon.* 104.

Inter segetes, praesertim aestivas. Iul. Aug. ☉

186. DIANTHUS.

* *Flores aggregati.*

479. D. Carthusianorum, floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, foliis linearibus nervosis.

In campis, arvis, versuris, ad vias vulgatissimus. Aestate. ♃

480. D. Armeria, floribus fasciculatis, squamis ca-

lycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *Fl. dan.* 230. *Engl. bot.* 317. *Schk. t.* 121.

In nemoribus montosis, sylvis caeduis, in der Abatissine, der Brennau, dem Welfsholz bei Hettstädt. Iul. ☉

481. D. prolifer, floribus capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis scariosis tubum superantibus petalis emarginatis. *Fl. dan.* 221. *Engl. bot.* 956.

In collibus siccis apricis ad Bergschenke, Seeben, Gutenberg. Iul. Aug. ☉

** *Flores solitarii, plures in eodem caule.*

482. D. deltoides, squamis calycinis ovato-lanceolatis acutis subbinis, foliis obtusiusculis subpubescentibus, petalis crenatis. *Fl. dan.* 577. *Engl. bot.* 61.

In pratis ad Liebenau et Lochau abundanter. Iul. ♃

Huc et D. arenarius Leyss., *quem praeter Buxb.* 60. *nemo invenit.*

483. D. superbus, floribus paniculatis, squamis calycinis brevissimis acuminatis, petalis multifido-capillaribus. *Fl. dan.* 578.

In nemoribus montosis, dem Mittel- und Rockenholz, ad Lieskau, im Badendorfer Holze bei Neehausen, ad Mücheln. Iul. Aug. ♃

187. AGRIMONIA.

484. A. Eupatoria, foliis caulinis interrupte pinnatis, foliolis oblongo-ovatis grosse serratis, spicis elevatis. *Curt. n.* 53. *Fl. dan.* 588. *Engl. bot.* 1335. *Schk. t.* 128.

In campis herbidis, versuris, ad vias frequens. Aestate. ♃

188. SCLERANTHUS.

485. Scl. annuus, calycibus fructus patulis acutis, caulibus patentibus. *Fl. dan.* 504. *Engl. bot.* 351.

In arvis arenosis vulgaris. Aestate. ☉

486. Scl. perennis, calycibus fructus clausis obtusis margine membranaceis, caulibus procumbentibus. *Fl. dan.* 563. *Engl. bot.* 352. *Schk.* *t.* 120.

189. CHRYSOSPLENIUM.

487. Chr. alternifolium, foliis alternis. *Fl. dan.* 366. *Engl. bot.* 54. *Sturm I.* 12. *Schk.* *t.* 108.

Ad scaturigines umbrosas bei Seeben, Liebenau, am breiten Saal bei Lodersleben. Apr. Mai. ♃

488. Chr. oppositifolium, foliis oppositis. *Curt.* *n.* 23. *Fl. dan.* 365. *Engl. bot.* 490. *Sturm* *I.* 4.

Ad rivulos im Hohlwege nach dem Gesundbrunnen, wenn man nach Bölberg geht *(Kohl)*, ad Lodersleben. Apr. ♃

TRIGYNIA.

190. CUCUBALUS.

489. C. Behen, floribus paniculatis cernuis, calycibus globosis reticulato-venosis, petalis semibifidis fauce subnudis. *Fl. dan.* 914. *Engl.* *bot.* 164. *Hayne u. Dreves t.* 50. *Schk.* *t.* 121.

In nemorosis siccis, der Heide, dem Mittel- und Rockenholz et alibi copiose. Iun.

490. C. Otites, floribus paniculatis dioicis, calycibus nervosis, petalis linearibus indivisis nudis. *Fl. dan.* 518. *Engl. bot.* 85.

In collibus apricis vulgatissimus. Iul. Aug. ♃

191. SILENE.

491. S. baccifera, calycibus solitariis fructiferis cernuis inflatis laevibus, capsulis coloratis, ramis divaricatis. *Willd.* *Cucubalus bacciferus* *L. Leyss.*

In nemoribus humidis ad Lieskau, Seeben, Holzweiſig rarius. Iul. Aug. ♃

492. S. nutans, floribus paniculatis ſecundis cernuis, petalis bipartitis, laciniis linearibus, foliis lanceolatis pubeſcentibus. *Fl. dan.* 242. *Engl. bot.* 465. *Schk. t.* 122.

In montoſis nemoroſis, der Heide et alibi frequens. Iun. ♃

493. S. conoidea, caule ramoſo viſcoſo, foliis lanceolatis pubeſcentibus, calycibus fructus globoſo-acuminatis 30-ſtriatis, petalis emarginatis. *Lychnis glabra annua, foliis oblongis mucronatis. I. Bauh. hiſt. III.* 349. *Moriſ. ſect.* 5. *tab.* 36.

Inter ſegetes, ſolo elatiori non raro, ad Schlettau, Merſeburg. Iul. ☉

494. S. noctiflora, caule dichotomo, foliis infimis obovatis, calycibus 10-angularibus, dentibus tubum ſubaequantibus, petalis bifidis obtuſe coronatis. *Engl. bot.* 291. *Sturm I.* 3.

Inter ſegetes ad Rabatz, Zöberitz, in der Heide, ad Gutenberg. Iul. ☉

495. S. Armeria, panicula dichotoma faſtigiata multiflora, foliis ſuperioribus cordatis glabris, petalis emarginatis. *Fl. dan.* 559. *Engl. bot.* 1398.

In nemore dem Mittelholze rarius. Maio, Iun. ☉

192. STELLARIA.

496. St. nemorum, foliis inferioribus cordatis petiolatis, ſuperioribus ovatis ſeſſilibus, panicula dichotoma. *Fl. dan.* 271. *Engl. bot.* 92.

In nemoribus umbroſis ad Seeben, Gutenberg, Liebenau. Maio, Iun. ♃

497. St. media, caulibus procumbentibus, linea laterali piloſa alterna, foliis ovatis. *Smith. Engl. bot.* 537. *Fl. dan.* 438. 525. *Curt.*

n. 12. *Sturm I.* 1. *Schk. t.* 85. *Alſine media L.*

In cultis et ruderatis ubique per totum annum. ☉ *Staminibus variat* 3, 4, 5, 6.

498. St. Holostea, caulibus erectis quadrangulis, foliis lanceolatis ſerrulatis, panicula dichotoma, calycibus enerviis. *Curt. n.* 14. *Fl. dan.* 698. *Engl. bot.* 511. *Schk. t.* 122. *(minus bene).*

In dumetis et nemoroſis frequens. Maio, Iun. ♃

499. St. graminea, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, panicula terminali divaricata, calycibus trinervibus petala ſubaequantibus.

In arvis, ſepibus et dumetis. Iun. Iul. ♃

500. St. glauca, caule tetragono erecto, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glaucis, floribus ſubſolitariis, calyce trinervi petalis profunde bipartitis multo breviori. *Wither., Smith., Gmel. ſib. IV. t.* 61. *f.* 2. *(petala minus profunde inciſa.) St. paluſtris Willd. St. graminea β. Leyſs.*

In foſſis ad Holzweiſig. Aug. ♃

501. St. uliginosa, caule quadrangulo decumbente, foliis elliptico-lanceolatis integerrimis apice calloſis, pedunculis ſubgeminatis paucifloris, petalis calyce brevioribus. *Curt. n.* 62. *Engl. bot.* 1074. *Fl. dan.* 415. *Sturm I.* 1. *St. Alſine Willd. Dilleniana Leers. graminea γ. Leyſs.*

Ad ſcaturigines hinter der Kröllwitzer Papiermühle, bei Lodersleben, am heiligen Brunnen bei Oberſchmon. Iun. ☉

193. ARENARIA.

502. A. trinervia, foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis, calycibus carina ſcabris obſolete trinerviis. *Curt. n.* 49. *Fl. dan.* 429. *Schk. t.* 122.

In ſylvis et nemoroſis humidis frequens. Iun. Iul. ☉

503. A. SERPYLLIFOLIA, foliis ovatis acutis ſeſſilibus, calycibus hirſutis ſubquinquenerviis petala excedentibus. *Curt. n.* 45. *Fl. dan.* 977.

In arvis et agris frequens. Aeſtate. ☉

504. A. RUBRA, foliis linearibus mucronulatis, ſtipulis ſcarioſis vaginantibus, ſeminibus compreſſis angulatis ſcabriusculis. *I. Bauh. hiſt. II.* 719.

In arvis arenoſis frequens. Iul. ☉

505. A. MARINA, foliis ſemicylindricis carnoſis muticis, ſtipulis ſcarioſis vaginantibus, ſeminibus compreſſis marginatis glabris. *Fl. dan.* 740. *A. rubra β. Leyſs.*

In locis ſalſis, an der Salzke, an den Seen bei Erdeborn. Iul. ☉

506. A. VERNA, foliis ſubulatis (lente obtuſiusculis nervoſis), caulibus paniculatis, petalis calyce acuto trinervio longioribus obovatis. *Engl. bot.* 512. *A. caeſpitoſa Wohlleb.*

In montoſis, ubi ſaxum (rothe Todte Liegende) ſubeſt, ad Hornburg, Sittichenbach, Wolferode, Eisleben, Wimmelburg, Kloſter Mansfeld, Hettſtädt. Iun. ♃

194. EUPHORBIA.

* *Umbella trifida.*

507. E. PEPLUS, umbella trifida dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. *Curt. n.* 6. *Fl. dan.* 1100.

In cultis oleraceis. Aug. Sept. ☉

508. E. EXIGUA, umbella trifida dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Curt. n.* 41. *Engl. bot.* 1336.

α. *E. ex.* acuta, *foliis acutis.*
β. —— retusa, *foliis obtusiusculis subretusis. Cav. ic. t.* 34.

α. In vineis nostris copiosissime, β. in pratis. Iul. Aug. ⊙ *Variat etiam umbella* 4—5-*fida.*

** *Umbella quinquefida.*

509. E. DULCIS, umbella quinquefida bifida, involucellis subovatis denticulatis, foliis lanceolatis obtusis apice denticulatis, nectariis integris, capsulis verrucosis pilosis. *Willd. Esula solisequa Riv. t.* 242.

In umbrosis ad Dieskau, Liebenau. Iul. ♃

Radix *tuberosa;* involucrum *pentaphyllum foliis simile;* nectaria *atropurpurea. Quam Buxb.* 321. *pone Brehnam invenit, huc pertinere non videtur, cum Tithymalo suo non acri petala (nectaria) lunata adiudicet, quae in nostra integra sunt.*

510. E. PLATYPHYLLA, umbella quinquefida trifida dichotoma, involucris serrulatis carina pilosis, foliis serratis lanceolatis apice dilatatis subtus subvillosis, nectariis integris, capsulis verrucosis nudis. *Jacqu. austr.* 376.

In agris cultis ad Rolsdorf et alibi freq. Aest. ⊙

Varietas minor et tenuior occurrit, umbella saepe trifida quadrifida, ad Dieskau. E. stricta *Engl. bot.* 383.

511. E. HELIOSCOPIA, umbella quinquefida trifidà dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis, nectariis integris, capsulis glabris. *Curt. n.* 12. *Schk. t.* 129.

In agris cultis, inter segetes frequens. Aest. ⊙

*** *Umbella multifida.*

512. E. ESULA, umbella multifida bifida, involucellis subcordatis, nectariis bicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus linearibus. *Esula Riv. t.* 238.

Ad vias et in versuris copiose. Iul. ♃

513. E. Gerardiana, umbella multifida dichotoma, involucellis fubrotundis, nectariis integris, foliis lineari-lanceolatis mucronatis, fuperioribus latioribus. *Ic. noftr.* 3.

In campis fterilibus, ad vias pone Rolsdorf, Langenbogen, Kölme, Erdeborn copiofiffime. Iul. ♃

514. E. Cyparissias, umbella multifida dichotoma, involucellis fubcordatis, ramis fterilibus, foliis fetaceis, caulinis lanceolatis, nectariis lunatis. *Engl. bot.* 840.

In campis fterilibus, ad vias fere ubique. Mai. ♃

Exemplaria fterilia folent punctis aureis, more Polypodiorum, confperfa effe, quae Aecidium Euphorbiae *funt. Cf. Schk. t.* 129. *s. t.*

515. E. palustris, umbella multifida fubtrifida bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis fterilibus. *Fl. dan.* 866.

In pratis paludofis, auf dem Görz bei Wörmlitz, im Beuchlitzer Holze, in der Preufsifchen Lucke. Iun. ♃

† 516. E. amygdaloides, umbella multifida dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, nectariis lunatis, capfulis glabris, foliis obtufis cauleque pilofis. *Engl. bot.* 256. *Ic. noftr.* 4.

In nemoribus umbrofis, zwifchen Döllnitz und Liebenau rariffimam invenit *Kohlius*. Iun. ♃

PENTAGYNIA.

195. SEDUM.

* *Planifolia.*

517. S. Telephium, foliis ovatis dentatis, corymbo foliofo. *Curt. n.* 35. *Engl. bot.* 1319. *Sturm I.* 6.

In agris, ad fepes, in collibus aridis frequens. Aug. ♃

518. S. Cepaea, foliis lanceolatis, caule ramofo,

floribus paniculatis, petalis acutis ariſtatis. *Tabern. II.* 162. *Moriſ. ſect.* 12. *t.* 7. *f.* 37.

Ad lacum ſalſum prope Rolsdorf, ad ripas der Salzke. Iul. ⊙

** *Teretifolia.*

519. S. RUPESTRE, foliis ſubulatis erectis quinquefariam confertis baſi ſolutis, floribus ſubcymoſis. *Engl. bot.* 170. *Sturm I.* 12.

In collibus aridis, rupibus, in der Heide, ad Giebichenſtein, Kröllwitz. Iul. ♃

Stamina *ſaepius* 12—20; folia *nunquam reflexa.*

520. S. ALBUM, foliis oblongis teretibus obtuſis patentibus glabris, panicula ramoſiſſima. *Curt. n.* 11. *Fl. dan.* 66.

In muris limoſis ad Kitten, Schwerz, Oſtrau. Iul. ♃

521. S. ACRE, foliis alternis ſubovatis carnoſis gibbis adnato-ſeſſilibus, cyma trifida folioſa. *Curt. n.* 4. *Engl. bot.* 839. *Schk. t.* 123.

In muris, tectis, collibus aridis vulgatiſſimum. Iul. ♃

522. S. SEXANGULARE, foliis ſubternis teretiusculis obtuſis carnoſis adnato-ſeſſilibus patentibus, cyma trifida folioſa. *Curt. n.* 37.

In collibus aridis, auf dem Biſchofsberge frequens, bei Gutenberg. Iul. ♃

196. OXALIS.

523. O. ACETOSELLA, ſcapo unifloro, foliis ternatis obcordatis piloſis, radice ſquamoſo-articulata. *Curt. n.* 19. *Fl. dan.* 980. *Schk. t.* 123.

In nemoribus umbroſis ad arborum radices, ad Lodersleben, Leimbach, Schmon. Apr. ♃

524. O. STRICTA, caule erecto ramoſo, pedunculo umbellifero petiolis breviori, foliis ternatis obcordatis. *Fl. dan.* 873. *Sturm I.* 1.

O. corniculata Leyss. Vera Linn. habet caulem decumbentem radicantem, apud nos non obvia.

197. AGROSTEMMA.

525. A. Githago, hirsuta, calyce corollam superante, petalis integris nudis. *Curt. n.* 35. *Fl. dan.* 576 *Hayne u. Dreves t.* 22. *Schk. t.* 124. *Sturm I.* 5.

Inter segetes vulgaris. Iun. Iul. ☉

198. LYCHNIS.

526. L. Flos Cuculi, petalis quadrifidis, capsula subrotunda uniloculari. *Curt. n.* 2. *Fl. dan.* 590. *Engl. bot.* 573.

In pratis humidis vulgaris. Iun. Iul. ♃

527. L Viscaria, petalis indivisis, capsula quinqueloculari. *Fl. dan.* 1032.

In pratis sylvaticis et nemoribus frequens. Iul. ♃

528. L. sylvestris, calyce decemcostato enervi, petalis subbifidis, capsulae unilocularis apicibus recurvatis, foliis ovato-lanceolatis cauleque hirsutis. *Schk. t.* 124. *Curt. n.* 14. *L. dioica flore rubro L.*

In pratis nemorosis frequens. Iun. ♃

Flores *rubelli, inodori, plerumque dioici.*

529. L. pratensis, calyce decemcostato, femineo nervoso, petalis bifidis, capsulae unilocularis apicibus erectis, foliis lanceolatis cauleque molliter pubescentibus. *Schk. t.* 124. *Fl. dan.* 792. *L. dioica flore albo L.*

In sepibus et arvis rarius. Iun. ♃

Flores *albi, noctu suaveolentes, plerumque dioici.*

199 CERASTIUM.

530. C. vulgatum, hirsutum caespitosum, foliis ellipticis obtusis, petalis calyci aequalibus, floribus pedunculo longioribus. *Curt. n.* 22.

In hortis, campis herbidis, verſuris, ad vias vulgare. Aeſt. ⊙

531. G. viscosum, hirſutum viſcidum, foliis lanceolato-oblongis, petalis calyce longioribus apice bifidis. *Curt. n.* 14. *Fl. dan.* 1211.

In arvis humidis vor und hinter der Heide. Maio, Iun. ♃

532. C. semidecandrum, hirſutum viſcidum, petalis calyce brevioribus emarginatis, pedunculis calyce longioribus, floribus pentandris. *Curt. n.* 21. *Fl. dan.* 1212.

In arvis apricis, hortis et verſuris vulgare. Apr. Maio. ⊙

533. C. arvense, pubeſcens, foliis lineari-lanceolatis obtuſis, petalis bifidis calyce duplo longioribus. *Curt. n.* 62. *Schk. t.* 124. *Sturm I.* 8. *Fl. dan.* 626. *Engl. bot.* 93.

Ad vias, in verſuris ubique. Aeſtate. ♃

534. C. aquaticum, piloſum, foliis cordatis ſeſſilibus, pedunculis lateralibus ſolitariis, fructiferis reflexis, capſulae oblongae ore quinquedentato, dentibus ſubfiſſis. *Curt. n.* 3. *Engl. bot.* 538.

Ad aquas et foſſas bei Seeben, Diemitz. Iul. ♃

200. SPERGULA.

535. Sp. arvensis, pubeſcens, foliis verticillatis ſubvicenis, ſeminibus aſperis. *Curt. n.* 52. *Fl. dan.* 1033. *Schk. t.* 125.

In arvis et agris, inter ſegetes copioſe. Iun. Iul. ⊙

536. Sp. pentandra, glabriuscula, foliis verticillatis ſubdenis, ſeminibus margine alatis. *Sturm I.* 12.

In campis aridis arenoſis vor und hinter der Heide. Apr. Maio. ⊙

In utraque hac ſpecie ſtaminum numerus variat a 5 — 10.

537. Sp. nodosa, laevis, foliis imis oppoſitis, ſuperioribus faſciculatis, omnibus ſubulatis. *Curt. n.* 44. *Fl. dan.* 96.

In humidis ad Nietleben, Dieskau, Canena et alibi. Iul. Aug. ♃

DECAGYNIA.

201. SEMPERVIVUM.

538. S. tectorum, foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *Curt. n.* 27. *Fl. dan.* 601. *Engl. bot.* 1320.

In muris et tectis vetuſtis frequens. Iul. ♃

Numerus partium inſigniter variat.

CLASSIS IX.

ICOSANDRIA.

(Stamina plusquam 12, calyci inſidentia.)

MONOGYNIA.

202. PRUNUS. *Cal.* inferus 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nuce ſuturis prominulis.

DI-, TRI-, TETRA-, PENTAGYNIA.

203. MESPILUS. *Cal.* ſuperus 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucibus 2 — 5, 2-ſpermis.

204. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* loculamentis 2 — 5, 2-ſpermis.

PENTA-, POLYGYNIA.

205. SPIRAEA. *Cal.* inferus 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-valves polyſpermae.

POLYGYNIA.

* *Cor. 4-petala. Cal. inferus.*

206. TORMENTILLA. *Cal.* 8-fidus. *Sem.* ſubrotunda nuda rugoſa receptaculo exſucco adfixa.

** *Cor. 5-petala. Cal. inferus.*

207. ROSA. *Cal.* 5-fidus urceolatus, demum baccatus polyſpermus.

208. RUBUS. *Cal.* 5-fidus. *Bacca* ſupera compoſita acinis monoſpermis.

209. FRAGARIA. *Cal.* 10-fidus. *Sem.* nuda receptaculo deciduo baccato adfixa.

210. POTENTILLA. *Cal.* 10-fidus. *Sem.* nuda mutica, receptaculo exſucco adfixa.

211. GEUM. *Cal.* 10-fidus. *Sem.* ariſta geniculata. *Rec.* columnare.

212. COMARUM. *Cal.* 10-fidus. *Sem.* nuda laevia, receptaculo ovato ſpongioſo villoſo perſiſtenti adfixa.

† *Sempervivum tectorum (VIII).*

MONOGYNIA.

202. PRUNUS.

539. Pr. Padus, racemis pendulis, petalis ſerrulatis, foliis deciduis ruguloſis duplicato-ſerratis, petiolis biglandulofis, fructibus globoſis. *Fl. dan.* 205. *Engl. bot.* 383. *Kerner* 4. *t.* 31.

In ſepibus, dumetis et nemoribus frequens. Mai. ♄

540. Pr. Cerasus, ramulis annotinis umbelliferis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis, fructibus globoſis.

In nemoribus. Maio. ♄ *Varietas occurrit pumila* 2—3 *pedalis.*

541. Pr. avium, ramulis bimis umbelliferis, foliis ovato-oblongis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis baſi biglandulofis, fructibus globoſis. *Kern.* 4. *t.* 30.

In nemoribus. Apr. Maio. ♄

542. Pr. domestica, pedunculis ſubſolitariis, foliis ovalibus crenatis, ramis muticis, fructibus ellipticis.

In ſepibus, dumetis. Apr. Maio. ♄

543. Pr. insiticia, pedunculis geminis, foliis lanceolato-ovatis convolutis ſubtus villoſis, ramis ſpineſcentibus, fructibus ſubrotundis. *Kern.* 4. *t.* 29.

In ſepibus, dumetis rarius. Apr. Maio. ♄

544. Pr. spinosa, pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpineſcentibus, fructibus ſubrotundis. *Schk. t.* 132. *Fl. dan.* 926. *Engl. bot.* 842. *Sturm* I. 9.

In ſepibus, dumetis, ad margines ſylvarum copioſe. Apr. ♄

203. MESPILUS.

545. M. Oxyacantha, ſpinoſa, foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis glabris, floribus corymboſis ſubdi-

gynis, pedunculis calycibusque glabriusculis, laciniis calycinis lanceolatis acutis. *Fl. dan.* 634. *Schk.* t. 132. *Kern.* 6. t. 43. *Crataegus Oxyacantha L.*

In nemoribus, dumetis frequens. Maio. ♄

546. M. monogyna, ſpinoſa, foliis acutis ſubtrifidis ſerratis glabris, floribus corymboſis monogynis, pedunculis calycibusque pubeſcentibus, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis. *Fl. dan.* 1162. *Crataegus monogyna Murr.*, *Pall.*, *Willd.*

Cum priore non raro. Maio. ♄

547. M. germanica, ſpinoſa, foliis lanceolatis tenuiſſime ſerratis ſubtus tomentoſis, floribus ſolitariis ſeſſilibus pentagynis, laciniis calycinis lanceolatis pubeſcentibus.

In ſepibus, dumetis et nemoribus ad Gutenberg, in der Heide et alibi. Maio. ♄

Cum Hallero, Pollichio et Rothio ſpontaneam arborem deſcripſi, quae ſemper ſpinoſa eſt. Linnaeus et qui ſequuntur cultam definiverunt.

548. M. Cotoneaster, inermis, foliis ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis, floribus ſubracemoſis trigynis, laciniis calycinis ovato-lanceolatis obtuſis ſubtomentoſis. *Fl. dan.* 112.

In collibus nemoroſis in der Heide, bei Erdeborn, in dumetis ad Lettin. Apr. Maio. ♄

204. PYRUS.

549. P. communis, foliis ſimplicibus ellipticis obtuſis ſerratis utrinque glabris, floribus corymboſis, fructibus baſi productis. *Kern.* 3. t. 22.

In pagis, ſepibus, ſylvis montoſis. Maio. ♄

Variat ſtylis 3—5.

550. P. Malus, foliis ſimplicibus ovatis acutiuſculis ſerratis ſubtus ſubtomentoſis, umbellis ſeſſili-

bus, fructibus basi umbilicatis. *Schk. t.* 134. *Fl. dan.* 1101. *Kern.* 3. *t.* 23.

In pagis, nemoribus et sylvis, hodie rarius. Maio. ♄ *Variat stylis* 3—5.

551. P. TORMINALIS, foliis simplicibus subcordatis inaequaliter septemlobis acuminatis serratis glabris, lobis infimis divaricatis, fructibus subrotundis. *Kern.* 4. *t.* 25. *Fl. dan.* 798. *Engl. bot.* 298. *Crataegus torminalis L.*

In sylvis ad Schmon, Möncherode, Branderode. Maio. ♄ *Variat stylis* 2—3.

552. P. AUCUPARIA, foliis pinnatis, foliolis aequalibus serratis glabriusculis, floribus corymbosis subtrigynis, fructibus subrotundis. *Gärtn.*, *Smith. Engl. bot.* 337. *Fl. dan.* 1034. *Sorbus aucuparia L.* *Kern.* 3. *t.* 21.

In nemoribus, ad vias, compita frequens. Maio. ♄

PENTA-, POLYGYNIA.

205. SPIRAEA.

553. SP. ARUNCUS, foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus polygamis. *Barba Capri I. Bauh. III.* 488.

In sylvis montosis rarius, ad Lodersleben, in der Schleberoder Giehle. Iun. ♃

554. SP. FILIPENDULA, foliis interrupte pinnatis, foliolis uniformibus serratis glabris, floribus cymosis polygynis. *Fl. dan.* 635. *Engl. bot.* 284. *Sturm I.* 18.

In pratis, pascuis et nemoribus vulgaris. Iun. Iul. ♃

555. SP. ULMARIA, foliis interrupte pinnatis subtus tomentosis, foliolis inaequalibus lobatis, impari tripartito, floribus cymosis polygynis. *Curt. n.* 58. *Fl. dan.* 547. *Engl. bot.* 960. *Sturm I.* 18.

In pratis humidis ad Liebenau, Döllnitz, Kollenbey. Iun. Iul. ♃

POLYGYNIA.

206. TORMENTILLA.

556. T. erecta, caule erectiusculo ramoſo, foliis ſeſſilibus. *Curt. n.* 58. *Fl. dan.* 589. *Engl. bot.* 863. *Schk. t.* 136.

In paſcuis ſterilibus, campis editioribus, verſuris vulgaris. Aeſtate. ♃

207. ROSA.

* *Fructibus ſubgloboſis.*

557. R. lutea, fructibus pedunculisque glabris, calycibus petiolisque ſpinuloſis, aculeis ramorum rectis. *R. Eglanteria Leyſs.*

In ſepibus et dumetis ad Paſſendorf, Schlettau rarior. Iun. ♄

Folia *glanduloſa odorata;* flores *lutei cimicini odoris.*

558. R. cinnamomea, fructibus pedunculisque glabris, aculeis ſtipularibus, petiolis ſubinermibus, foliis oblongis baſi attenuatis obtuſis. *Fl. dan.* 1214.

In ſepibus, dumetis et ſylvis ad Schmon, Löbejün, Brehna. Aeſtate. ♄

559. R. spinosissima, fructibus glabris, pedunculis ſubaculeatis, aculeis caulinis numeroſiſſimis inaequalibus rectis ſetaceis, foliolis ſubrotundis glabris. *Fl. dan.* 398. *Engl. bot.* 187.

In ſepibus et dumetis ad Erdeborn et Lützen. Maio, Iun. ♄

560. R. villosa, fructibus pedunculisque hiſpidis, aculeis caulinis rectiusculis, foliolis ellipticis utrinque tomentoſis. *Engl. bot.* 583.

In ſylvis et dumetis frequens. Iun. ♄

Saepe occurrit varietas humilior, aculeis paullo magis aduncis, fructibus basi parumper productis, quam Smithius speciem distinctam: R. tomentosam habet. Cf. Sturm I. 18.

**. *Fructibus ovatis.*

561. R. RUBIGINOSA, fructibus pedunculisque hispidis, aculeis caulinis aduncis, foliolis ellipticis subtus glanduloso-rubiginosis. *Fl. dan.* 870. *Engl. bot.* 991. *Sturm I.* 18. *Schk. t.* 134.

In collibus dumosis, auf dem Vogelsberge bei Bennstadt, auf den Schmonschen Bergen. Iun. ♄

562. R. CANINA, fructibus pedunculisque glabris, aculeis caulinis aduncis, foliolis ovatis acuminatis glaberrimis. *Curt. n.* 51. *Fl dan.* 551. *Engl. bot.* 992. *Sturm I.* 18.

In sepibus et dumetis vulgaris. Iun. ♄

563. R. ALBA, fructibus glabris, pedunculis hispidis, aculeis caulis petiolorumque sparsis aduncis, foliolis subrotundis subtus scabris. *Fl. dan.* 1215.

In dumetis ad Wettin. Iun. Iul. ♄

208. RUBUS.

564. R. IDAEUS, foliis quinato-pinnatis ternatisque subtus tomentosis, petiolis canaliculatis, caule aculeato. *Fl. dan.* 788.

In nemoribus montosis. Maïo, Iun. ♄

565. R. CAESIUS, foliis ternatis subtus pilosis, lateralibus bilobis, caule aculeato prostrato. *Fl. dan.* 1213. *Engl. bot.* 826. *Schk. t.* 136.

In nemoribus, sepibus et ad margines agrorum. Iun. ♄

*566. R. CORYLIFOLIUS, foliis subquinatis subtus pilosis, lateralibus sessilibus, aculeis rectiusculis, caule teretiusculo, calycibus fructus inflexis.

Smith. engl. bot. 827. *Svensk bot.* 187. *Schmid. ic. t.* 2.

In sepibus passim. Iul. ♄

567. R. FRUTICOSUS, foliis subquinatis subtus incano-tomentosis, foliolis petiolatis, aculeis aduncis, caule angulato, calyce reflexo. *Fl. dan.* 1163.

In sepibus et dumetis minus vulgaris. Iul. ♄

568. R. SAXATILIS, foliis ternatis glabriusculis, flagellis reptantibus herbaceis, panicula pauciflora. *Fl. dan.* 134. *Kern.* 6. *t.* 42.

In nemoribus montosis ad Schmon, Lodersleben rarius. Maio, Iun. ♃.

209. FRAGARIA.

569. F. VESCA, calyce fructus reflexo, villis petiolorum patentissimis pedunculorum erectis, foliis utrinque pubescentibus. *Sturm I.* 2. (*Schk. t.* 135.)

In pascuis nemorosis, sylvaticis montosis vulgaris. Maio. ♃

210. POTENTILLA.

* *Foliis pinnatis.*

570. P. ANSERINA, foliis interrupte pinnatis serratis, subtus sericeis, caule repente, pedunculis unifloris. *Curt. n.* 34. *Fl. dan.* 544. *Engl. bot.* 861. *Sturm I.* 4.

In pascuis, ad vias, aggeres fossarum ubique. Aestate. ♃

571. P. RUPESTRIS, foliis lyrato-pinnatis septenatis quinatis ternatisque, foliolis ovatis serratis pilosis, caule erecto. *Moris. sect.* 2. *t.* 20. *f.* 1.

In rupibus umbrosis, der Heide, ad Dölau, dem Mittelholze. Iun. ♃

572. P. SUPINA, foliis pinnatis, foliolis oblongis profunde dentatis, caule decumbente dichoto-

mo, pedunculis axillaribus ſolitariis. *Pluken. almag. t.* 106. *f.* 7.

In inundatis ad ripas Salae rarius, bei Corbetha' Pfützenthal. Iun. Iul. ⊙

** *Foliis digitatis.*

573. P. ARGENTEA, foliis quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis, caule erecto. *Fl. dan.* 865. *Engl. bot.* 89. *Sturm I.* 17.

In ruderatis, ad vias vulgaris. Aeſtate. ♃

574. P. OPACA, foliis ſeptenatis quinatisque cuneiformibus inciſo-ſerratis hirtis, petalis retuſis calycis longitudine, caulibus decumbentibus filiformibus hirtis. *Jacqu. ic. rar. I. t.* 17. *Sturm I.* 17.

In collibus nemoroſis, der Heide, Mittelholz et alibi paſſim. Iun. ♃

575. P. VERNA, foliis quinatis ternatisque obovatis dentatis pubeſcentibus, petalis obcordatis calyce maioribus, caulibus declinatis. *Sturm I.* 17. *Engl. bot.* 37.

In paſcuis editioribus et collibus aridis ubique. Apr. Maio. ♃

576. P. ALBA, foliis quinatis ſubtus ſericeis apice conniventi-ſerratis, caule filiformi procumbente, receptaculis hirſutiſſimis. *Engl. bot.* 1384. *Sturm I.* 4.

In montoſis, auf dem Tannenberge bei Gutenberg, in der Heide copioſe. Iun. ♃

577. P. REPTANS, foliis quinatis obovatis ſerratis, caule repente, pedunculis unifloris. *Curt. n.* 5. *Fl. dan.* 1164. *Engl. bot.* 862. *Schk. t.* 136.

In verſuris, campis herbidis, ad vias vulgaris. Aeſtate. ♃

211. COMARUM.

578. C. FRAGARIOIDES, caule decumbente, foliis ter-

natis. *Roth. fl. germ. II. p. 577. Fragaria ſterilis L. Curt. n. 29.*

In collibus ſterilibus ſylvaticis, im Lupholze bei Schochwitz. Maio. ♃

† 579. C. PALUSTRE, caule erecto, foliis pinnatis. *Fl. dan.* 636. *Engl. bot.* 172. *Schk. t.* 138.

In pratis uliginoſis ad Zöckeritz bei Bitterfeld, im Mittelholze bei Schkeuditz; ſed ipſe nondum inveni. Iun. ♄

212. GEUM.

580. G. URBANUM, foliis ternatis, ſtipulis rotundatis inciſis, floribus erectis, ariſtis uncinatis nudis. *Curt. n.* 19. *Fl. dan.* 672. *Engl. bot.* 1400. *Schk. t.* 137. *Sturm I.* 5.

In ſepibus, dumetis, nemoribus vulgare. Iun. ♃

581. G. RIVALE, foliis radicalibus lyratis, ſtipulis ovatis acutis inciſis, floribus nutantibus, ariſtis plumoſis tortis. *Fl. dan.* 722. *Engl. bot.* 106. *Sturm I.* 8.

In nemoribus humidis ad Lieskau, Liebenau rarius. Iun. Iul. ♃

CLASSIS X.

POLYANDRIA.

(Stamina plusquam 12, receptaculo inſidentia.)

MONOGYNIA.

* *Tetrapetali.*

213. PAPAVER. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* unilocularis, ſub ſtigmate radiato poris dehiſcens.

214. CHELIDONIUM. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua* unilocularis. *Sem.* criſtata.

215. GLAUCIUM. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua* 2-locularis. *Sem.* punctata.

216. ACTAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* plana.

** *Pentapetali.*

217. HELIANTHEMUM. *Cal.* 5-phyllus, foliolis duobus minoribus. *Capſ.* 3-locularis 3-valvis, ſeminibus disſepimento adfixis. (*Link in Schrad. n. Journ. I.* 109.)

218. TILIA. *Cal.* 5-partitus deciduus. *Nux* coriacea 1—2-ſperma.

*** *Polypetali.*

219. NYMPHAEA. *Cal.* petalis maior. *Bacca* multilocularis corticoſa.

TRIGYNIA.

220. RESEDA. *Cal.* 4—6-partitus. *Pet.* multifida. *Nectar.* rotundata petalis connexa. *Capſ.* 1-locularis apice hians.

221. ACONITUM. *Cal.* corollinus 5-phyllus, foliolo ſuperiori concavo galeato. *Pet.* 2 ſuperiora ungue longiſſimo incurvo canaliculato *nectariis* cal-

caratis terminato, inferiora linearia. *Capſ.* 3—5 erectae.

222. DELPHINIUM. *Cal.* corollinus ſubmonophyllus 5-partitus, lacinia ſuperiore calcarata. *Pet.* (in noſtra ſpecie) 1 bifidum nectario calcarato terminatum. *Capſ.* (in noſtra) unica.

PENTAGYNIA.

223. AQUILEGIA. *Cal.* corollinus 5-phyllus. *Pet.* 5 corniculata, nectariis carnoſis terminata. *Germina* paleis cincta. *Capſ.* erectae.

224. NIGELLA. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* 8 bilabiata unguiculata ſub 3-fida. *Capſ.* 5 connexae.

POLYGYNIA.

225. THALICTRUM. *Cal.* o. *Pet.* 4—5. *Sem.* nuda.

226. CLEMATIS. *Cal.* o. *Pet.* 4—6. *Sem.* caudata.

227. ANEMONE. *Cal.* o. *Pet.* 5—9. *Sem.* plurima ſtylum retinentia.

228. CALTHA. *Cal.* o. *Pet.* 5. *Glandulae* nectariferae inter germina. *Capſ.* plures polyſpermae.

229. TROLLIUS. *Cal.* 0. *Pet.* 10—14. *Nectar.* complanata.

230. RANUNCULUS. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5, unguibus nectariferis. *Sem.* plurima nuda.

231. ADONIS. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5—10. *Nect.* 0. *Sem.* plurima nuda.

---

† *Lavatera, Malva, Althaea (XIII), Sagittaria, Ceratophyllum, Poterium, Pinus (XVIII), Populus, Mercurialis, Hydrocharis (XIX).*

* * *

MONOGYNIA.

213. PAPAVER.

* *Capſulis hiſpidis.*

582. P. HYBRIDUM, capſulis ſubgloboſis toroſis, caule ſetis appreſſis folioſo multifloro. *Engl. bot.* 43.

Inter ſegetes rarius. Iul. ☉

583. P. ARGEMONE, capſulis clavatis, caule ſetis erectis folioſo multifloro. *Curt. n.* 53. *Fl. dan.* 867. *Engl. bot.* 643.

Inter ſegetes ad Schochwitz, Volkmaritz, Derderſtädt. Iul. ☉

** *Capſulis glabris.*

584. P. RHOEAS, capſulis ſubgloboſis, caule ſetis patentibus multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. *Curt. n.* 36. *Engl. bot.* 645. *Sturm I.* 17.

Inter ſegetes vulgare. Iun. Iul. ☉

585. P. DUBIUM, capſulis oblongis, caule ſetis ap-

770. G. PRATENSE, pedunculis erectis, caule calycibusque tomentoſo-incanis, foliis ſubpeltatis multipartitis inciſo-ſerratis villoſis, ſtaminibus deltoideis. *Curt. n.* 43. *Engl. bot.* 404.

In pratis omnibus. Aeſt. ♃ *Flores coerulei.*

771. G. ROBERTIANUM, pedunculis paniculatis erectis, foliis ternatis quinatisque trifido-pinnatifidis, petalis calycem decagonum excedentibus, arillis reticulato-ruguloſis. *Curt. n.* 10. *Fl. dan.* 694.

In rupibus, nemoroſis, ruderatis frequens. Aeſt. ⊙ *Flores purpuraſcentes.*

772. G. LUCIDUM, foliis quinquelobis inciſis rotun-

datis lucidis, calycibus pentagonis transverſe corrugatis glabris, arillis ſtriatis. *Fl. dan.* 218. *Engl. bot.* 75.

In rupibus umbroſis im Amtsgarten et alibi ad Giebichenſtein et Kröllwitz. Maio. ⊙
Flores rubri.

773. G. MOLLE, pedunculis ſolitariis oppoſitifoliis ſubdeclinatis, foliis rotundato-reniformibus lobatis crenatis villoſis, petalis ſubbifidis longitudine calycis mutici, arillis glabris corrugatis. *Curt. n.* 24. *Fl. dan.* 679.

In cultis, ruderatis, ſepibus, ad vias. Aeſt. ⊙
Flores purpurei.

774. G. COLUMBINUM, pedunculis flaccidis folio triplo longioribus, foliis quinquepartitis, laciniis inciſis lanceolatis, petalis emarginatis calyces ariſtatos excedentibus, arillis glabris. *Fl. dan.* 1222.

In umbroſis, ad ſepes rarius. Iun. ⊙
Flores roſei.

775. G. DISSECTUM, pedunculis folio brevioribus, foliis 5-partitis, lobis trifidis linearibus, petalis emarginatis calycem ariſtatum aequantibus, arillis villoſis. *Curt. n.* 65. *Fl. dan.* 936.

In agris, arvis paſſim. Aeſt. ⊙ *Flores purpurei.*

776. G. ROTUNDIFOLIUM, foliis omnibus molliſſime villoſis, radicalibus reniformibus 7-lobis, caulinis ſubrotundis baſi truncatis 5-lobis trifidis, petalis integris longitudine calycis ariſtati, arillis hirſutis. *Engl. bot.* 157. *Cavan. diſſ.* 4. *t.* 93. *f.* 2.

In cultis, agris, arvis, verſuris copioſe. Aeſt. ⊙
Flores ſubroſei.

777. G. PUSILLUM, pedunculis oppoſitifoliis, foliis ſub-7-lobis trifidis, floribus ſubpentandris, petalis emarginatis calycem muticum aequantibus,

arillis pubefcentibus. *Curt. n.* 64. *Engl. bot.* 385. *G. malvaefolium Lam.*

In cultis, agris, arvis frequens. Aeft. ⊙

Flores coerulefcentes.

** *Pedunculis unifloris.*

778. G. SANGUINEUM, foliis quinquepartitis trifidis rotundatis, arillis laevibus apice fetofis. *Fl. dan.* 1107. *Engl. bot.* 272.

In nemorofis humidis, der Heide, bei Gutenberg copiofe. Iun. Iul. ♃

285. PORTULACA.

779. P. OLERACEA, foliis cuneiformibus, floribus feffilibus. *Schk. t.* 130.

In rupibus ad Kröllwitz, bei der Hölty's Bank. Iul. ⊙

POLYANDRIA.

286. LAVATERA.

780. L. THURINGIACA, herbacea tomentofa, foliis inferioribus angulatis fuperioribus trilobis, lobo intermedio longiori obtufo, pedunculis axillaribus folitariis. *Jacqu. auftr. t.* 311.

In nemoribus et dumetis, der Heide, Rocken- und Mittelholze, Gersdorfer wüften Feldmark hinter Kröllwitz. Iul. Aug. ♃

287. MALVA.

781. M. ROTUNDIFOLIA, caule proftrato, foliis cordato-orbiculatis 5-lobis, pedunculis fructiferis declinatis. *Curt. n.* 27. *Engl. bot.* 1092. *Fl. dan.* 721. *Schk. t.* 192.

In ruderatis, ad vias ubique. Aeftate. ⊙

782. M. SYLVESTRIS, caule erecto, foliis feptemlobatis acutis, petiolis pedunculisque pilofis. *Curt. n.* 15. *Fl. dan.* 1223. *Engl. bot.* 671.

Ad fepes, vias frequens. Aeftate. ♃

783. M. Alcea, caule erecto faſciculato-piloſo, foliis ſcabriuſculis inferioribus angulatis ſuperioribus 5-partitis, calycis ext. tomentoſi foliolis oblongis obtuſis. *Cavan. diſs.* 2. *t.* 17. *f.* 2.

Ad margines nemorum montoſorum, Lindberg, Mittelholz, Hackenholz. Iul. Aug. ♃

784. M. moschata, caule erectiuſculo piloſo, foliis radicalibus reniformibus inciſis, caulinis 5-partitis pinnato-multifidis, calycis ext. piloſi foliolis lineari-lanceolatis. *Curt. n.* 42. *Fl. dan.* 905.

In dumetis, auf dem Trothaiſchen Werder rarius. Iul. Aug. ♃ *Folia odore ambroſiaco.*

288. ALTHAEA.

785. A. officinalis, foliis ſimplicibus tomentoſis ſub-5-lobis. *Fl. dan.* 530. *Engl. bot.* 147. *Schk. t.* 192.

In paluſtribus, humidis, ad Nietleben, Dieskau, Schkopa. Iul. Aug. ♃

CLASSIS XIV.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

289. FUMARIA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* ringens tetrapetala baſi nectarotheca gibboſa. *Filamenta* membranacea antheris tribus, ſuperiora poſtice calcarata nectarifera.

OCTANDRIA.

290. POLYGALA. *Cal.* 5-phyllus, folio-

lis duobus alaeformibus maximis coloratis. *Legumen* obcordatum 2-loculare.

DECANDRIA.

* *Stamina monadelpha.*

291. GENISTA. *Cal.* 2-labiatus $\frac{2}{3}$. *Carina* declinata, vexillum reflexum. *Legumen* uniloculare oblongum pilofum turgidum fubpolyfpermum. (*Cf. Lam. encycl.* 2. *p.* 616. 624. *Juff. gen. plant. p.* 353. *Schk.* 2. *p.* 326—328.)

292. ANTHYLLIS. *Cal.* ventricofus 5-dentatus perfiftens. *Legumen* turgidum calyce tectum oligofpermum.

293. ONONIS. *Cal.* campanulatus 5-fidus deciduus. *Vexillum* ftriatum. *Legumen* turgidum oligofpermum.

** *Stigma pubefcens (nec priorum notae).*

294. COLUTEA. *Legumen* inflatum fupra bafin dehifcens.

295. OROBUS. *Cal.* bafi ventricofus, dentibus fuperioribus brevioribus profundioribus. *Stylus* compreffo-linearis. (*Habitus tacite confulendus:* petiolus ariftatus rectus. *Poiret encycl.* 4. *p.* 624.)

296. PISUM. *Stylus* fupra carinatus. (*Habitus:* ftipulae maximae. *Poiret encycl.* 5. *p.* 455.)

297. LATHYRUS. *Stylus* supra planus utrinque villosus.

298. VICIA. *Stylus* sub stigmate barbatus.

299. ERVUM. *Stigma* capitatum undique pubescens (nec priorum notae).

**** Legumen biloculare (nec priorum notae).*

300. ASTRAGALUS. *Carina* obtusa. *Leg.* sutura inf. introflexa.

301. OXYTROPIS. *Carina* superne mucronata. *Leg.* sutura sup. introflexa. (*Decand. Astrag.*)

***** Legumen submonospermum non dehiscens (nec priorum notae).*

302. TRIFOLIUM. *Legumen* calycem aequans oligospermum non dehiscens deciduum. *Flores* racemosi vel capitati.

****** Legumen subarticulatum.*

303. HEDYSARUM. *Lomentum* articulis 1-spermis compressis. *Carina* obtusissima. *(In unica nostrate specie lomentum unicum habet articulum.)*

304. CORONILLA. *Lomentum* teres rectum. *Cal.* dentes superiores connati.

305. ORNITHOPUS. *Lomentum* tere-tiusculum arcuatum.

306. HIPPOCREPIS. *Lomentum* plano-membranaceum, altera ſutura pluries exciſa, curvum.

307. MEDICAGO. *Legumen* ſpirale compreſſo-membranaceum. *Carina* piſtillum elaſtice reflectens.

****** *Legumen* 1*-loculare polyſpermum (nec priorum notae).*

308. LOTUS. *Legumen* farctum. *Alae* ſurſum longitudinaliter conniventes.

HEXANDRIA.

289. FUMARIA.

786. F. BULBOSA, caule ſimplici, racemo terminali, bracteis oblongis integris flore brevioribus, calcare corollae incurvo, foliis biternatis ovatis acutiusculis, radice bulboſa cava. *Fl. dan.* 605. *Sturm I.* 11.

In dumetis et nemoribus umbroſis, auf der Rabeninſel, dem Taſelwerder bei Lettin, bei Seeben, im Zorgs. Apr. ♃

787. F. FABACEA, caule ſimplici, racemo terminali, bracteis ſubrotundis integris longitudine florum, calcare corollae recto, foliis biternatis obtuſiusculis, radice tuberoſa. *Retz. ſcandin. F. intermedia Schk. t.* 194.

In nemoribus montoſis in der Heide, ad Lieskau. Apr. ♃

788. F. HALLERI, caule ſimplici, racemo terminali, bracteis digitatis longitudine florum, calcare corollae ſubrecurvo, foliis biternatis ſpathulatis, radice tuberoſa. *Fl. dan.* 1224.

In nemoribus umbroſis, in der Heide copioſe. Apr. paullo praecocius praecedentibus. ♃

789. F. OFFICINALIS, caule ramoſiſſimo, foliis bipinnatis, foliolorum laciniis dilatatis, ſpicis laxis, fructibus globoſis monoſpermis. *Curt. n.* 19. *Fl. dan.* 940. *Engl. bot.* 589. *Sturm I.* 2.

In cultis, hortis ubique. Aeſtate. ⊙

OCTANDRIA.

290. POLYGALA.

790. P. AMARA, floribus criſtatis racemoſis, caulibus erectiusculis, foliis ſubſpathulatis, radicalibus obovatis. *Fl. dan.* 1169.

In paſcuis, nemoroſis, montoſis, der Heide, ad Müheln rarius. Iun. ♃ Habitus: *Folia amara; caeſpites denſi.*

791. P. VULGARIS, floribus criſtatis racemoſis, caulibus procumbentibus, foliis omnibus lineari-lanceolatis acutiusculis. *Fl. dan.* 516. *Engl. bot.* 76.

In paſcuis, nemoroſis, montoſis vulgaris. Aeſt. ♃ *Variat flore albo, coeruleo, carneo.*

DECANDRIA.

291. GENISTA.

* *Inermes.*

792. G. SCOPARIA, pubeſcens, foliis ternatis ſimplicibusque oblongis, floribus axillaribus, ramis angulatis. *Spartium ſcoparium L. Fl. dan.* 313. *Curt n.* 60. *Hayne u. Drev. t.* 48. *Schk. t.* 195. *Engl. bot.* 1339.

In ſylvaticis, der Heide et alibi paſſim. Iun. ♃

793. G. SAGITTALIS, pilofa, ramis ancipitibus alatis articulatis, foliis fimplicibus ovali-oblongis, floribus racemofo-fpicatis. *I. Bauh. hift. I.* 393.

In fylvaticis ad Niemegk et Zöckeritz bei Bitterfeld, und in der Deffauer Heide. Iun. ♃

794. G. PILOSA, villofa, foliis fimplicibus lanceolatis obtufis complicatis, pedunculis axillaribus breviffimis, caule tuberculato ftriato procumbente. *Fl. dan.* 1225. *Schk. t.* 195. *Engl. bot.* 208.

In fylvaticis nemorofis, der Heide, ad montem ferenum paffim. Iun. Iul. ♄

795. G. TINCTORIA, glabriuscula, foliis fimplicibus lanceolatis cufpidatis margine fubtusque pubefcentibus, ramis teretibus ftriatis erectis. *Fl. dan.* 526. *Engl. bot.* 44.

In fylvaticis montofis copiofe. Iun. Iul. ♄

** *Spinofa.*

796. G. GERMANICA, pilofa, fpinis verrucofo-compofitis, ramis floriferis inermibus aphyllis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis. *I. Bauh. hift. I.* 399. *Sturm I.* 12.

In fylvaticis montofis paffim. Iun. Iul. ♄

292. ANTHYLLIS.

797. A. VULNERARIA, herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo gemino. *Fl. dan.* 988. *Engl. bot.* 104. *Schk. t.* 196.

In campis apricis fabulofis hinter der Heide et alibi copiofe. Iun. Iul. ♃

293. ONONIS.

798. O. SPINOSA, floribus fubgeminatis axillaribus, foliis inferioribus ternatis lanceolatis ferratis ramisque fpinofis villofis. *Willd. fpec. pl. Fl dan.* 783.

Ad vias, in verfuris vulgatiffima. Aeft. ♃

799. O. HIRCĪNA, floribus geminatis, foliis inferioribus ternatis ellipticis ſerratis pubeſcentibus, caule inermi villoſo-viſcoſo. *I. Bauh. hiſt. II.* 393. *O. foetens Allion. pedem. t.* 41. *f.* 1. *O. ſpinoſa α mitis. L.*

In campis herbidis frequens. Aeſt. ♃

294. COLUTEA.

800 C. CRUENTA, foliolis obovatis emarginatis glaucis, vexilli gibbis obtuſis minimis, leguminibus apice apertis, caule fruticoſo. *Willd. ſpec. pl. C. orientalis Cavan. ic.* 4. *t.* 307. *Schk. t.* 204.

In vineis ad Hölnſtädt, Rolsdorf copioſe. Iun. ♄

295. OROBUS.

801. O. VERNUS, foliis pinnatis trijugis ovato-lanceolatis acuminatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Fl. dan.* 1226. *Sturm I.* 7.

In nemoribus, dem Badendorfer Holze bei Neehauſen et alibi. Apr. ♃

802 O. TUBEROSUS, foliis pinnatis tri-quadrijugis lanceolatis cuſpidatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſubſimplici alato. *Curt. n.* 4. *Engl. bot.* 1153. *Fl. dan.* 781. *Schk. t.* 200.

In ſylvaticis frequens. Iun. ♃ *Variat foliis linearibus: O tenuifolius Roth. fl. germ., et flore albo.*

803. O. NIGER, foliis pinnatis ſexjugis ovali-oblongis mucronulatis, ſtipulis lineari-acuminatis, caule ramoſo. *Fl. dan.* 1170.

In ſylvaticis montoſis frequens. Aeſt. ♃ *Flores purpurei; herba ſiccata nigreſcit.*

296. PISUM.

804. P. ARVENSE, petiolis tetraphyllis, ſtipulis crenatis, pedunculis unifloris. *Sturm* I. 4.

Inter ſegetes aeſtivas rarius. Aeſt. ⊙

297. LATHYRUS.

* *Pedunculis unifloris.*

805. L. MONANTHOS, pedunculis ariſtatis, cirrhis polyphyllis, foliolis linearibus mucronatis truncatis. *Willd. ſp. pl. Ervum monanthos Leyſs.*

In pratis ſylvaticis. Iun. ⊙

** *Pedunculis multifloris.*

806. L. TUBEROSUS, cirrhis diphyllis, foliolis oblongis mucronulatis, ſtipulis lineari-acuminatis, internodiis nudis. *Chamaebalanus leguminoſa. I. Bauh. hiſt. II.* 328.

Inter ſegetes copioſe. Aeſt. ♃ *Flores roſeo-coccinei.*

807. L. PRATENSIS, cirrhis diphyllis, foliolis ſtipulisque lanceolatis acuminatis, internodiis nudis. *Curt. n.* 29. *Fl. dan.* 527. *Engl. bot.* 670.

In pratis, ſepibus copioſe. Aeſt. ♃ *Flores lutei.*

808. L. SYLVESTRIS, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus acuminatis, ſtipulis linearibus, internodiis membranaceis. *Curt. n.* 64. *Fl. dan.* 325. *Engl. bot.* 805.

In ſylvis prope Ebersrode rarius. Iul. ♃ *Flores rubentes.*

809. L. LATIFOLIUS, cirrhis diphyllis, foliolis ovali-oblongis mucronulatis, ſtipulis ovali-lanceolatis ſubdentatis, internodiis membranaceis. *Engl. bot.* 1108.

In nemoribus ſubhumidis ad Döllnitz, Liebenau, im Trothaiſchen Werder. Iul. ♃ *Flores roſei.*

810. L. PALUSTRIS, cirrhis polyphyllis, foliolis ensiformi-lanceolatis acuminatis, ſtipulis ovato-lanceolatis, internodiis membranaceis. *Fl. dan.* 399. *Engl. bot.* 169.

In dumetis humidis, bei Gutenberg, Liebenau, in der Lucke. Aug. ♃ *Flores coeruleo-violacei.*

298. VICIA.

* *Pedunculis elongatis.*

811. V. PISIFORMIS, pedunculis multifloris, foliolis ovatis mucronulatis, infimis ſeſſilibus ſtipulas ovato-lanceolatas ſemiſagittatas dentatas occultantibus. *Cracca flore ochroleuco. Riv. t.* 177.

In nemoribus montoſis, auf den Schmonſchen Bergen, ad Erdeborn, bei Hornburg. Iul. ♃

Planta orgyalis, folia maxima, flores ochroleuci.

812. V. DUMETORUM, pedunculis multifloris, foliolis ovatis mucronulatis reflexis, ſtipulis lanceolatis ſerratis. *Cracca ſilvatica Riv. t.* 176. *Ic. noſtra* 7.

In nemoribus montoſis, Zorgs, bei Erdeborn, Lodersleben, im Welfsholze bei Hettſtädt. Iul. ♃

Flores purpuraſcentes, foliola infima nec ſeſſilia nec ſtipulas occultantia, ceterum praecedenti ſimilis.

813. V. SYLVATICA, pedunculis multifloris folia excedentibus, foliolis ellipticis, ſtipulis lunatis ſetaceo-dentatis. *Fl. dan.* 277. *Engl. bot.* 79.

In nemoribus montoſis ad Erdeborn et Lodersleben. Iul. ♃ *Flores purpuraſcentes; folia multo minora quam praecedentium.*

814. V. CASSUBICA, pedunculis multifloris folio brevioribus, foliolis oblongis lineatis pubeſcentibus, ſtipulis ſemiſagittatis lanceolatis integerrimis. *Vic. n.*5. *Gerard gallopr. t.*19. *V. mul-*

tiflora Poll., Leyſs. *V. Gerardi* Murr., Jacqu.

In nemoribus umbroſis, der Dölauer Heide, dem Gleſienſchen und Ramſiner Holze copioſe. Iul. ♃ *Cirrhi obſoleti.*

815. V. Cracca, pedunculis multifloris foliis longioribus, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis ſemiſagittatis. *Engl. bot.* 1168. *Fl. dan.* 804.

Inter ſegetes, in pratis, verſuris, ſepibus copioſe. Aeſt. ⊙ *Flores violacei. Variat foliis glabriusculis (V.* tenuifolia *Roth.)*

** *Floribus axillaribus ſubſeſſilibus.*

816. V. sativa, leguminibus ſeſſilibus ſubgeminis, foliolis oblongo-ovatis truncatis mucronatis, ſtipulis dentatis maculatis. *Fl. dan.* 522. *Engl. bot.* 334.

Inter ſegetes paſſim. Aeſtate. ⊙

817. V. angustifolia, leguminibus ſeſſilibus ſubgeminis, foliolis imis retuſis, ſuperioribus linearibus, ſtipulis dentatis, ſeminibus globoſis. *Roth. Schk. t.* 201. *V. ſativa β. L.*

Inter ſegetes, in campis arenoſis. Aeſt. ⊙

818. V. lathyroides, leguminibus ſeſſilibus ſolitariis, foliolis inferioribus obcordatis, ſtipulis integris, ſeminibus tuberculatis. *Fl. dan.* 58. *Engl. bot.* 30.

In arvis requietis, collibus ſylvaticis. Apr. Maio. ⊙

819. V. sepium, leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis glabris, foliolis ovatis obtuſis, exterioribus minoribus. *Fl. dan.* 699.

In pratis, ſepibus, nemoribus frequens. Maio. ♃

299. ERVUM.

820. E. tetraspermum, pedunculis ſubbifloris, le-

guminibus glabris 4-ſpermis, foliolis oblongis truncatis. *Willd. ſp. pl. Curt. n. 7. Fl. dan.* 95. *Engl. bot.* 1223.

In agris, arvis, cultis frequens. Aeſt. ☉

821. E. HIRSUTUM, pedunculis multifloris, leguminibus hirſutis 2-ſpermis, foliolis linearibus obtuſis. *Schk. t.* 202. *Curt. n.* 8. *Fl. dan.* 639. *Engl. bot.* 970.

In agris, arvis, cultis frequentiſſimum. Aeſt. ☉

300. ASTRAGALUS.

822. A. CICER, caulefcens procumbens, foliolis pubeſcentibus oblongis obtuſis, racemis pedunculatis erectis folio longioribus, ſtipulis lanceolato-linearibus, leguminibus ſubgloboſo-inflatis mucronatis villoſis. *Glaux Riv. t.* 233.

In pratis, vineis ad Bennſtädt, Erdeborn, Gröbzig. Iul. ♃

823. A. GLYCYPHYLLOS, caulefcens adſcendens, foliolis glabriusculis ovato-ellipticis obtuſiusculis, ſtipulis ovatis ſubdenticulatis, racemis pedunculatis folio brevioribus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis. *Fl. dan.* 1108. *Engl. bot.* 203.

In nemoribus ad Dölau, Fienſtädt, Rockenholz, ad Brehna paſſim. Iul. ♃

824. A. HYPOGLOTTIS, caulefcens procumbens, foliolis oblongis obtuſis pubeſcentibus, ſpicis ovatis pedunculatis folio longioribus, leguminibus erectis ovatis canaliculatis piloſis apice aduncis. *Willd. Smith. engl. bot.* 274. *A. arenarius Leyſs. Pall. aſtrag. t.* 34. *Fl. dan.* 614. *A. danicus Roth.*

Ad vias, in verſuris bei den Weinbergen, hinter Bennſtädt, ad Dölau frequens. Iul. ♃

825. A. ARENARIUS, caulefcens proſtratus, foliolis linearibus complicatis ſericeis, ſtipulis membra-

naceis bifidis, racemis fubfexfloris folio longioribus, leguminibus oblongis pubefcentibus. *Retz. obf.* 3. *t.* 3.

In campis aridis fabulofis inter Schkopa et Merfeburg. Iun. ♃

826. A. exscapus, acaulis, foliolis oblongis obtufis pilofis, floribus fubpedunculatis aggregatis, calycibus appreffo-pilofis, leguminibus oblongis lanatis. *Pall. aftrag. t.* 64.

In collibus apricis prope Müllerdorf, Neehaufen, Sennewitz, Hettftädt, Rothenburg, am Radeberge bei Laublingen und in den Cönnernfchen Gardinên. Maio, Iun. ♃

301. OXYTROPIS.

827. O. pilosa, caulefcens erecta villofa, foliolis lanceolatis acutis, fpicis pedunculatis folio longioribus, leguminibus erectis fubulatis villofis. *Aftragalus pilofus Wohlleb. Pall. t.* 80.

In collibus herbidis ad Laublingen, in den Cönnernfchen Gardinen, bei Erdeborn, in vineis ad Rolsdorf, Höhnftädt. Iun. Iul. ♃

*828. O. montana, fubacaulis, foliolis ovato-lanceolatis pubefcentibus, racemis pedunculatis folio longioribus, floribus laxiusculis erectis, leguminibus oblongis pubefcentibus acumine inflexo. *Aftragalus montanus L. I. Bauh. II.* 339. *Ic. noftra* 8.

In pratis collinis prope Karsdorf *Schwägrichen* primus. *(Glaux montana* in den Schmonfchen Bergen *Rupp. jen.* 270.*)*

302. TRIFOLIUM.

* *Floribus racemofis, leguminibus nudis.*

829. Tr. officinale, leguminibus difpermis rugofis acutis, caule erecto angulato, ftipulis lanceolato-fubulatis integerrimis, foliolis ovalibus ob-

tusis dentatis. *Fl. dan.* 934. *Engl. bot.* 1340. *Sturm I.* 15.

In pratis, arvis humidis, sepibus copiose. Iul. ♂ *Variat flore aureo et albo.*

*830. Tr. dentatum, leguminibus dispermis rugosis subrotundis mucronatis, caule erecto teretiusculo, foliolis lanceolatis acutis argute denticulatis, stipulis pinnatifido-dentatis. *Kitaib. hung. I.* t. 42. *Sturm I.* 15.

In pratis ad Passendorf *Christ. Frid. Schrader* primus, in der Lucke ego. Iul. ♃

** *Floribus capitatis, leguminibus tectis.*

†831. Tr. strictum, capitulis globosis, calycibus striatis corollam aequantibus, dentibus inaequalibus, foliolis lineatis denticulatis, inferioribus obovatis, superioribus lanceolatis, stipulis rhombeis subulatis venosis. *Roth. fl. germ. Schreb. in Sturm I.* 15.

In collibus apricis ad Kröllwitz *Roth*, qui ipse benevole exemplar hic lectum mecum communicavit.

832. Tr. hybridum, capitulis umbellaribus, calycinis dentibus subaequalibus, leguminibus oblongis 4-spermis, foliolis ovato-oblongis serrulatis, caule adscendente. *Sturm I.* 15.

In pratis subhumidis passim. Iul. ♃

833. Tr. repens, capitulis umbellaribus, calycinis dentibus inaequalibus, leguminibus oblongis 4-spermis, foliolis emarginato-obcordatis serrulatis, caule repente. *Curt. n.* 33. *Fl. dan.* 990. *Sturm I.* 15.

In pratis, campis, versuris ubique. Aest. ♃

*** *Calycibus villosis; corolla monopetala.*

834. Tr. rubens, spicis cylindraceo-oblongis, calycis dente infimo longiori, stipulis ensiformi-

bus, foliolis lanceolatis ferrulatis, caule erecto. *I. Bauh. hift. II.* 375 *Sturm I.* 15.

In montofis fylvaticis, dem Mittelholze, bei Hornburg, im Langenberg bei Möncherode. Iul. ♃

835. Tr. pratense, capitulis ovatis fubgeminis involucratis, calycis dente infimo longiori, ftipulis ariftatis, foliolis ovalibus emarginatis integris pictis, caule adfcendente. *Fl. dan.* 989. *Sturm I.* 15.

In pratis, verfuris, campis ubique. Aeft ♃

Cultura capitula nuda evadunt, folia magis lanceolata, caulis erectus. (Spanifcher Klee.)

836. Tr. medium, fpicis laxis fubglobofis folitariis, calycis dente infimo longiori, ftipulis fubulatis, foliolis oblongo-lanceolatis ciliatis, caule ramofo flexuofo. *Engl. bot.* 190. *Sturm I.* 15. *Tr. flexuofum Wohll. Tr. alpeftre Poll.*

In nemorofis montofis, dem Rocken- und Mittelholze. Iul. ♃

837. Tr. alpestre, fpicis denfis fubglobofis geminis involucratis, calycis dente infimo longiori, ftipulis vaginantibus fetaceis, foliolis lanceolatis lineatis ferrulatis, caule fimplici ftricto. *Sturm I.* 15.

In nemorofis montofis, Lindberg, Zorgs, Heide, Rocken- und Mittelholz. Iul. ♃

838. Tr. arvense, fpicis villofiffimis fubcylindraceis, dentibus calycinis aequalibus corolla longioribus, foliolis fpathulato-linearibus. *Curt. n.* 65. *Fl. dan.* 724. *Engl. bot.* 945. *Sturm I.* 16.

In arvis, campis fterilibus abundanter. Aeft. ⊙

839. Tr. scabrum, capitulis oblongis axillaribus involucratis, calycinis dentibus lanceolatis inaequalibus demum recurvis, foliolis obovatis fubemarginatis ferrulatis ftipulisque rhombeo-

ſubulatis villoſis. *Curt. n.* 70. *Engl. bot.* 903. *Sturm I.* 16.

In aridis prope vineam ad Giebichenſtein. Iun. ♃ *Flores albidi; Calyces rubro ſtriati.*

*840 TR. STRIATUM, capitulis ovatis axillaribus terminalibusque involucratis, calycinis dentibus ſubulatis inaequalibus rectis, foliolis obovatis ſubintegerrimis pubeſcentibus, ſtipulis ovatis ſubulatis. *Kitaib. hung. t.* 25. *Fl. dan.* 1171. *Sturm I.* 16.

In campis editioribus hinter Kröllwitz am Schwalbenloche, hinter Liebenau. Iun. ☉

**** *Calycibus inflatis ventricoſis.*

841. TR. FRAGIFERUM, capitulis ſubrotundis longe pedunculatis, calycibus fructiferis membranaceis reticulato-venoſis pubeſcentibus, caule repente, foliolis obovatis obtuſis. *Curt. n.* 16. *Fl. dan.* 1042. *Engl. bot.* 1050. *Sturm I.* 16.

In pratis humidis frequens. Aug. ♃

***** *Vexillis corollae inflexis.*

842. TR. MONTANUM, capitulis ſubrotundis pedunculatis terminalibus, vexillis ſubulatis marceſcentibus, calycibus nudis, foliolis lanceolatis ſerrulatis, caule erecto. *Fl. dan.* 1172. *Sturm I.* 15.

In nemoribus montoſis, collibus aridis abundanter. Aeſt. ♃

843. TR. AGRARIUM, ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycinis dentibus inaequalibus glabris, foliolis lanceolatis ſerrulatis, ſtipulis lanceolatis erectis glabris, caule erecto. *Fl. dan.* 558. *Sturm I.* 16.

In pratis ſiccis frequens. Aeſt. ☉ *Flores lutei.*

844. TR. SPADICEUM, ſpicis cylindricis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycinis dentibus inaequalibus ſubpiloſis, foliolis infimis obcor-

datis, ſupremis ellipticis ſerrulatis, petiolo apice incraſſato marginato, ſtipulis lanceolatis erectis cauleque erecto pubeſcentibus. *Sturm I.* 16.

In montoſis ſiccis rarius. Aeſt. ⊙ *Flores demum ferruginei.*

*845. Tr. campestre, ſpicis ovatis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, pedunculis folia obovata obtuſa aequantibus, ſtipulis oblique reflexis ciliatis, caule decumbente. *Schreb. Sturm I.* 16. *Tr. procumbens Fl. dan.* 796. *Engl. bot.* 945. *Tr. agrarium Curt. n.* 27.

In agris poſt meſſem copioſe. ⊙

846. Tr. procumbens, ſpicis ovatis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, pedunculis folia obovata emarginata excedentibus, calycibus pubeſcentibus, ſtipulis ovatis ſubreflexis glabris, caule proſtrato. *Schreb. Sturm I.* 16. *Curt. n.* 52. *Tr. minus Smith engl. bot. t.* 1256.

In pratis, campis herbidis. Iun. ⊙

847. Tr. filiforme, ſpicis capitatis hemiſphaericis paucifloris, vexillis deflexis perſiſtentibus, pedunculis folia obcordata denticulata ſubaequantibus, calycibus glabris, caule procumbente. *Sturm I.* 16. *Engl. bot.* 1257.

In locis argilloſis rarius. Iun. Iul. ⊙

303. HEDYSARUM.

848. H. Onobrychis, caule erecto, foliis pinnatis cuneatis glabris, alis calycem aequantibus, lomentis glabris monoſpermis aculeato-dentatis. *Willd. ſp. pl. Engl. bot.* 96.

In collibus calcareis ad Bennſtädt et per totam Mansfeldiam. Maio, Iun. ♃

304. CORONILLA.

849. C. varia, herbacea, foliolis plurimis lanceolatis glabris. *Riv. t.* 219.

In ſepibus, dumetis, nemoribus copioſe. Aeſt. ♃

850. C. CORONATA, ſuffruticoſa, foliolis novenis ellipticis, internis cauli approximatis, ſtipulis oppoſitifoliis lanceolatis. *Colutea ſcorpioides I. Bauh. hiſt. I.* 382. *C. montana Riv. t.*218.

In collibus apricis circa Freyburg, Laucha, Schmon et Vitzenburg. Iul. ♄

305. ORNITHOPUS.

851. O. PERPUSILLUS, foliis pinnatis, floribus capitatis bractea ſuffultis. *Curt. n.* 64. *Engl. bot.* 369. *Schk. t.* 206.

In campis glareoſis editioribus. Aeſt. ☉ *Variat foliis maioribus, radice tuberculoſa.*

306. HIPPOCREPIS.

852. H. COMOSA, leguminibus pedunculatis confertis arcuatis margine exteriori repandis. *Engl. bot.* 31. *Schk. t.* 206.

In collibus apricis ad Bennſtädt, Kölme, Erdeborn, Schmon. Maio. ♃

307. MEDICAGO.

853. M. SATIVA, pedunculis racemoſis, leguminibus laevibus cochleatis, ſtipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis, caule erecto. *Moriſ. ſect. II. t.* 16. *f.* 2. *Schk. t.* 212. a.

In pratis et montoſis apricis. Aeſt. ♃

854. M. FALCATA, pedunculis racemoſis, leguminibus falcatis pubeſcentibus, foliolis oblongis apice dentatis, caule decumbente. *Fl. dan.* 233. *Engl. bot.* 1016. *Schk. t.* 212. a.

In verſuris, ad vias vulgatiſſima. Aeſt. ♃

855. M. LUPULINA, ſpicis ovatis, leguminibus reniformibus corrugatis monoſpermis, caule procumbente. *Curt. n.* 20. *Fl. dan.* 992. *Engl. bot.* 971. *Schk. t.* 212. a.

In pratis ficcioribus, agris ubique. Aeft. ☉

856. M. MINIMA, pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis pilofis, aculeis fubulatis rectis uncinatis, foliolis obovatis dentatis. *Fl. dan.* 211. *Schk. t.* 212. a.

In agris glareofis paffim. Aeft. ☉

308. LOTUS.

857. L. SILIQUOSUS, leguminibus folitariis quadrangulo-alatis, caule decumbente, foliis fubtus pubefcentibus. *Lotus tetragonolobus Riv. t.* 204.

In pratis et verfuris ad Nietleben, Seeben copiofe. Iun. ♃ *Variat locis falfis glabritie partium: L.* maritimus *L.*

858. L. CORNICULATUS, capitulis depreffis multifloris, caule decumbente, leguminibus teretibus patulis. *Curt. n.* 18. *Fl. dan.* 991.

α. *L.* uliginofus, *caule tereti fiftulofo, calycibus recurvis barbatis. Schk. t.* 211.

β. *L.* arvenfis, *caule fubangulato folido, calycibus erectis pilofis. Schk. t.* 211.

In pratis et verfuris α. humentibus, β. ficcioribus. Aeftate. ♃

CLASSIS XV.

POLYADELPHIA.

309. HYPERICUM. *Cal.* 5-partitus. *Pet.* 5. *Stamina* multa in 3 vel 5 phalanges distributa. *Capf.* polyfperma.

Trigyna.

859. H QUADRANGULARE, caule quadrangulo herbaceo, foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. *Curt. n.* 38. *Fl. dan.* 640. *Engl. bot.* 370.

In pratis humidis prope Seeben, Gutenberg, Dieskau, Bruckdorf. Iul. ♃

860. H. PERFORATUM, caule ancipiti, foliis obtusis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. *Curt. n.* 2. *Fl. dan.* 1043. *Engl. bot.* 295. *Sturm* I. 18.

In sepibus, dumetis, campis herbidis copiose. Iul. ♃

861. H. HUMIFUSUM, floribus subcymosis, caule ancipiti prostrato, foliis ellipticis glabris margine atropunctatis. *Curt. n.* 28. *Fl. dan.* 141. *Engl. bot.* 1226.

In pascuis montosis, am Zorgs, Lindberg, bei Dölau, Lieskau etc. Iul. ♃

862. H. MONTANUM, calycibus serrato-glandulosis, caule erecto tereti glabro, foliis ovatis glabris margine atropunctatis. *Fl. dan.* 173. *Engl. bot.* 371.

In sylvaticis montosis, Zorgs, Lindberg, Heide, Rocken- und Mittelholz. Iul. ♃

863. H. HIRSUTUM, calycibus serrato-glandulosis, caule erecto tereti villoso, foliis oblongis pellucido-punctatis subtus pubescentibus. *Curt. n.* 31. *Fl. dan.* 802. *Engl. bot.* 1156.

In nemoribus, der Peisnitz, bei Seeben, im Zorgs etc. Iun. Iul. ♃

*864. H. KOHLIANUM, calycibus serrato-glandulosis lanceolatis, foliis oblongis obtusiusculis pellucido-punctatis glabris, caule tereti fruticoso ramoso. *Ic. nostra* 9.

In vineis ad Bennstädt rarius. Iul. ♄

Huc forte H. pulchrum Tragi I. Bauh. hiſt. III. 383. Knauth 61. Hyp. minus erectum C. Bauh. pin. Buxb. 163., quae vulgo ad H pulcrum L. traducuntur. Differt autem H. pulcrum L. (Curt. n. 2. Fl. dan. 75.) a noſtro: 1. caule ſimplici herbaceo, 2. fol. cordatis amplexicaulibus, ſummis ſubconnatis, ſubtus aurantiacis. Nec aliae ſpecies quadrant. I. Bauhini icon cong[illegible] it quidem cum noſtra, nec tamen deſcriptio; de Buxbaumii planta certus ſum eamdem eſſe.

CLASSIS XVI.

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

* *Semifloſculoſi.*

310. LAPSANA. *Rec.* nudum. *Papp.* 0. *Cal.* ſubcalyculatus, ſquamis interioribus canaliculatis.

311. PRENANTHES. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſubſtipitatus. *Cal.* calyculatus. *Floſculi* ſimplici ſerie.

312. HIERACEUM. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſeſſilis. *Cal.* imbricatus ovatus.

313. SONCHUS. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſeſſilis. *Cal.* ſubimbricatus ventricoſus.

314. CREPIS. *Rec.* nudiuſculum. *Papp.*

ſimplex ſubſtipitatus. *Cal.* calyculatus, ſquamis exterioribus deciduis, demum torulofus.

315. CHONDRILLA. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſtipitatus. *Cal.* calyculatus cylindricus. *Sem.* muricata.

316. LACTUCA. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſtipitatus. *Cal.* imbricatus cylindricus.

317. LEONTODON. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſtipitatus. *Cal.* duplex, ſquamis laxiusculis.

318. APARGIA. *Rec.* nudum. *Papp.* plumoſus ſeſſilis. *Cal.* imbricatus.

319 TRAGOPOGON. *Rec.* nudum. *Papp.* plumoſus ſtipitatus. *Cal.* ſimplex polyphyllus.

320. SCORZONERA. *Rec.* nudum. *Papp.* plumoſus ſtipitatus. *Cal.* imbricatus, ſquamis margine ſcarioſis.

321. PICRIS. *Rec.* nudum. *Papp.* plumoſus. *Cal.* calyculatus. *Sem.* transverſim ſulcata.

322. THRINCIA. *Rec.* nudiusculum. *Papp.* duplex, marginalis paleaceus,

centralis plumofus ftipitatus. *Cal.* fimplex, 8-phyllus angulatus.

323. HYPOCHOERIS. *Rec.* paleaceum. *Papp.* plumofus ftipitatus. *Cal.* imbricatus.

324. CICHORIUM. *Rec.* fubpaleaceum. *Papp.* paleaceus. *Cal.* calyculatus.

** *Capitati.*

325. ONOPORDON. *Rec.* favofum fubpaleaceum. *Papp.* fimplex fcaber feffilis. *Cal.* imbricatus ventricofus, fquamis patentibus fpinofis.

326. CARDUUS. *Rec.* villofo-fetaceum. *Papp.* fimplex. *Cal.* imbricatus ventricofus, fquamis fpinofis.

327. CNICUS. *Rec.* villofo-fetaceum. *Papp.* plumofus. *Cal.* imbricatus ventricofus, fquamis fpinofis.

328. ARCTIUM. *Rec.* paleaceum. *Papp.* fetaceo-paleaceus. *Cal.* imbricatus fubglobofus, fquamis hamulofis.

329. CARLINA. *Rec.* paleaceum. *Papp.* paleaceo-plumofus. *Cal.* imbricatus, fquamis exterioribus fpinofis, interioribus fcariofis coloratis.

330. SERRATULA. *Rec.* paleaceo-villofum. *Papp.* fubfetofus fcaber. *Cal.* imbricatus fubcylindricus inermis.

*** *Difcoidei.*

331. CHRYSOCOMA. *Rec.* fubpaleaceum. *Papp.* fimplex feffilis fcaber. *Cal.* imbricatus hemifphaericus. *Stylus* flosculos fubaequans.

332. EUPATORIUM. *Rec.* nudum. *Papp.* fimplex feffilis. *Cal.* imbricatus oblongus. *Stylus* flosculos excedens.

333. BIDENS. *Rec.* paleaceum. *Papp.* ariftatus. *Cal.* fimplex calyculatus.

SUPERFLUA.

* *Corollulae radii obfoletae.*

334. ARTEMISIA. *Rec.* nudiusculum. *Papp.* o. *Cal.* imbricatus, fquamis rotundatis conniventibus. *Flosculi* radii fubulati.

335. GNAPHALIUM. *Rec.* nudum. *Papp.* fimplex fcaber. *Cal.* imbricatus fcariofus, fquamis concavis.

336. TANACETUM. *Rec.* nudum. *Papp.* marginatus. *Cal.* imbricatus hemifphaericus. *Cor.* radii fubnullae, 3-fidae.

337. CONYZA. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex ſcaber. *Cal.* imbricatus. *Cor.* radii 3-fidae.

** *Corollulae radii ligulatae.*

338. BELLIS. *Rec.* nudum conicum. *Papp.* o. *Cal.* hemiſphaericus ſquamis aequalibus.

339. MATRICARIA. *Rec.* nudum conicum. *Papp.* o. *Cal.* imbricatus ſquamis margine ſcarioſis.

340. CHRYSANTHEMUM. *Rec.* nudum planiusculum. *Papp.* o. *Cal.* imbricatus, ſquamis margine ſcarioſis.

341. PYRETHRUM. *Rec.* nudum planiusculum. *Papp.* marginatus. *Cal.* imbricatus, ſquamis margine ſcarioſis.

342. ARNICA. *Rec.* ſubvilloſum. *Papp.* piloſus ſcaber. *Stamina* radii caſtrata.

343. INULA. *Rec.* nudiusculum. *Papp.* piloſus ſcaber. *Antherae* baſi ſetoſae. *Cor.* radii lineares.

344. ERIGERON. *Rec.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cor.* radii capillares.

345. SOLIDAGO. *Rec.* nudum. *Papp.*

ſimplex. *Cal.* imbricatus, ſquamis conniventibus. *Cor.* radii ſubſenae remotae.

346. CINERARIA. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex. *Cal.* ſimplex polyphyllus.

347. SENECIO. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex. *Cal.* ſubſimplex calyculatus, ſquamis apice ſphacelatis.

348. ASTER. *Rec.* ſubpiloſum. *Papp.* ſimplex. *Cal.* imbricatus, ſquamis infimis patentibus. *Cor.* radii plures.

349. TUSSILAGO. *Rec.* nudum. *Papp.* ſimplex. *Cal.* ſquamis membranaceis.

350. ANTHEMIS. *Rec.* paleaceum. *Papp.* ſubmarginatus. *Cal.* imbricatus, ſquamis margine ſubſcarioſis. *Cor.* radii plures.

351. ACHILLEA. *Rec.* paleaceum. *Papp.* o. *Cal.* imbricatus oblongus. *Cor.* radii ſubquinae.

FRUSTRANEA.

352. CENTAUREA. *Rec.* ſetoſum. *Papp.* ſubſetoſus. *Cal.* imbricatus ventricoſus. *Cor.* radii tubuloſae.

NECESSARIA.

353. CALENDULA. *Rec.* nudum. *Papp.* o. *Sem.* marginata inaequalia.

---

† *Phyteuma, Solanum, Viola, Jasione, Impatiens (V).*

* * *

AEQUALIS.

* SEMIFLOSCULOSI.

310. LAPSANA.

865. L. PUSILLA, acaulis, ſcapo diviſo, pedunculis clavatis fiſtuloſis, foliis obovato-oblongis denticulatis. *Willd. ſp. pl. Hyoſeris minima L. Fl. dan.* 201. *Engl. bot.* 95. *Schk. t.* 214.

In arvis arenoſis, hinter Kröllwitz, bei Lieskau. Aug. ⊙

866. L. COMMUNIS, caulescens ramóſa, foliis radicalibus lyratis, caulinis ovatis petiolatis angulato-dentatis. *Curt. n.* 10. *Fl. dan.* 500. *Engl. bot.* 844.

In cultis, hortis, ad ſepes vulgatiſſima. Aeſt. ⊙

311. PRENANTHES.

867. PR. MURALIS, foliis lyrato-pinnatifidis, lobo terminali quinquangulari, floribus paniculatis. *Curt. n.* 52. *Schk. t.* 218. *Fl. dan.* 509. *Engl. bot.* 457.

In nemoribus umbroſis, im Hackenholze bei Mücheln, in den Schmonſchen Bergen. ♃

312. HIERACIUM.

* *Scapo unifloro.*

868. H. PILOSELLA, foliis integerrimis ovatis hir-

tis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus. *Curt. n.* 47. *Fl. dan.* 1110. *Engl. bot.* 109.

In collibus apricis, verturis fere ubique. Aeſt. ♃

** *Scapo multifloro.*

869. H. DUBIUM, ſcapo ſub-4-floro, foliis ellipticis ſubintegerrimis utrinque hiſpidis ſubtus lanatis, ſtolonibus repentibus. *Fl. dan.* 1111.

In ſylvis ad Lodersleben, Schmon, Ziegelrode. Iul. ♃

870. H. AURICULA, ſcapo unifolio tomentoſo ſub-6-floro, floribus umbellatis, foliis lanceolatis acutis ſubintegerrimis hiſpidis, ſtolonibus repentibus. *Fl. dan.* 1044.

In paſcuis ſiccis, montoſis ſylvaticis paſſim. Iul. ♃

871. H. PRAEMORSUM, ſcapo racemoſo, floribus ſuperioribus primoribus, foliis oblongis obtuſis ſubintegerrimis pubeſcentibus. *I. Bauh. hiſt.* *II.* 1033. *Fl. dan.* 942.

In collibus herbidis nemoroſis, im Mittelholze rarius, bei Alsleben. Iul. ♃

*872. H. FLORENTINUM, ſcapo ſubfolioſo calyceque piloſiuſculo, floribus corymboſo-paniculatis, pedunculis propriis divaricatis, foliis lanceolatis acutis integerrimis piloſis. *Willd. ſp. pl. Piloſella montana hiſpida Moriſ. ſect. VII. t.* 8. *f.* 11. *Buxb.* 260. *Ic. noſtra* 10.

Im vineis et collibus calcareis ad Kölme, Müllerdorf. Iun. ♃

873. H. CYMOSUM, ſcapo ſubfolioſo calyceque hiſpido, floribus corymboſo-paniculatis, pedunculis propriis glomeratis, foliis oblongo-lanceolatis ſubintegerrimis hirtis. *Piloſella maior erecta Moriſ. ſect. VII. t.* 8. *f.* 10. *Buxb.* 260. *Ic. noſtra* 10.

In ſylvaticis, der Heide et alibi paſſim. Iun. ♃

*** *Caule foliofo.*

874. H. MURORUM, caule fimplici pilofo, floribus paniculatis, foliis ovatis bafi profunde dentatis. *Fl. dan.* 1113.

α. H. m. pilofiffimum, *pilis longiffimis albidis.*

β. H. m. fylvaticum, *ramofius, glabrius, foliis fubmaculatis.*

α. In rupibus auf der Peisnitz, ad Kröllwitz; *β.* in collibus herbidis, ad margines nemorum copiofe. Iun. ♃.

875. H. PALUDOSUM, caule fimplici glabro, floribus paniculatis, calycibus hifpidis, foliis glabris oblongis bafi attenuatis runcinato-dentatis, caulinis amplexicaulibus. *Fl. dan.* 928. *Schk. t.* 221. *Engl. bot.* 1094.

In umbrofis humidis ad Seeben, Gutenberg rarius. Iul. ♃

876. H. SABAUDUM, caule fimplici calyceque glabriusculo, floribus corymbofis, foliis ovali-lanceolatis incifo-dentatis, caulinis fubamplexicaulibus fubtus fcabris. *Fl. dan.* 872. *Engl. bot.* 349.

In nemorofis, der Heide, dem Petersberger Hölze rarius. Aeft. ♃

877. H. UMBELLATUM, caule fimplici calyceque glabro, pedunculis corymbofo-umbellatis ramentaceis, foliis linearibus fubdentatis. *Curt. n.* 67. *Fl. dan.* 680.

In pafcuis editioribus, ad margines fylvarum vulgare. Aug. ♃ *Variat caule unifloro et ramofo.*

313. SONCHUS.

878. S. PALUSTRIS, pedunculis calycibusque glandulofo-hifpidis fubumbellatis, foliis runcinatis bafi fagittatis denticulato-fpinulofis, radice ramofa. *Curt. n.* 51. *Fl. dan.* 1109. *Engl. bot.* 935.

In pratis humidis ſubſalſis ad Dieskau, Karsdorf et Reinsdorf. Iul. ♃

879. S. ARVENSIS, pedunculis calycibusque glanduloſo-hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi cordatis denticulato-ſpinuloſis, radice repente. *Curt. n.* 45. *Fl. dan.* 606. *Engl. bot.* 674.

In agris humidiusculis, inter ſegetes. Iul. Aug. ♃

Variat caule ſubunifloro, calycibus minus hiſpidis, foliis minus diviſis.

880. S. OLERACEUS, pedunculis ſubtomentoſis umbellatis, calycibus glabris, foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus ſinuato-denticulatis. *Curt. n.* 21. *Fl. dan.* 682. *Engl. bot.* 843.

In cultis, hortis, agris ubique. Aeſt. ⊙

Variat foliis pinnatifidis, dentibus rigidioribus, (S. aſper *Buxb.* 307.*) et foliis indiviſis.*

881. S. ALPINUS, pedunculis hiſpidis racemoſis bracteatis, foliis runcinatis baſi ſagittatis glabris ſubtus glaucis, lobo terminali maximo deltoideo acuminato. *Fl. dan.* 182. *S. canadenſis L. coeruleus Smith. montanus Lam.*

In collibus calcareis ad Schmon. Iul. Aug. ♃

314. CREPIS.

882. CR. FOETIDA, caneſcens hirſuta, foliis runcinato-pinnatifidis, ſummis lanceolatis baſi profunde inciſis. *Engl. bot.* 406.

In paſcuis ſiccis calcareis, ad Gutenberg, Kölme, Rothenburg, Cönnern et Brucke rarior. Iul. ⊙ *Folia opium redolent.*

883. CR. TECTORUM, glabriuscula, foliis radicalibus runcinatis, caulinis lineari-lanceolatis ſagittatis, calycibus incano-pubeſcentibus. *Curt. n.* 55. *Engl. bot.* 1111. *Fl. dan.* 501.

In paſcuis editioribus arenoſis inter ſegetes. Iul. ⊙

884. Cr. biennis, aſpera, foliis runcinato-pinnatifidis, ſummis ſeſſilibus lanceolatis dentatis, carina calycibusque pubeſcentibus muricatis. *Engl. bot.* 149.

In pratis, paſcuis, ruderatis vulgatiſſima. Aeſt. ♂

* 885. Cr. pinnatifida, glabra, foliis ſeſſilibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis apice integerrimis, calycibus pubeſcentibus. *Willd. ſp. pl.*

Inter ſegetes vor der Heide, ad Diemitz. Iul. ⊙

315. CHONDRILLA.

886. Ch. juncea, foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. *Schk. t.* 218.

In aſperis montoſis, zwiſchen dem Rocken- und Mittelholze copioſe. Iul. ♃

316. LACTUCA.

887. L. quercina, foliis ſubtus laevibus ſagittatis, inferioribus runcinatis denticulatis baſi dilatatis ſuperioribus lanceolatis, panicula ſtricta.

In nemoribus, praeſertim ad Seeben, Dolau, Schleberode etc. Iul. ♂?

888. L. Scariola, foliis verticalibus carina aculeatis, runcinato-ſinuatis denticulatis acutis. *Engl. bot.* 268. *Fl. dan.* 1227.

In aggeribus foſſarum, ruderatis copioſe. Aeſt. ⊙

† 889. L. virosa, foliis horizontalibus oblongo-lanceolatis carina aculeatis denticulatis obtuſis haſtatis, infimis ſinuatis. *Schk. t.* 217.

Ad ſepes circa Trebnitz, *Kruſe*. ⊙

890. L. saligna, foliis ſubverticalibus carina aculeatis, radicalibus lanceolatis pinnatifidis, caulinis linearibus integerrimis ſagittatis. *Rupp. jen. t.* 4.

Ad vias et agrorum margines prope Lützen, Trebnitz, an der Salzke. Iul. ⊙

317. LEONTODON.

891. L. Taraxacum, calyce exteriori reflexo, squamis lineari-lanceolatis, scapo unifloro, foliis runcinatis glabris, laciniis lanceolatis dentatis. *Curt. n.* 3. *Fl. dan.* 574. *Engl. bot.* 510. *Schk. t.* 219.

In cultis, hortis, versuris ubique. Per totum fere annum. ♃

892. L. lividus, calyce exteriori erecto appresso, squamis ovatis, foliis lanceolatis sinuato-dentatis glabriusculis. *Willd. sp. pl. Kitaib. hung. t.* 115. *L. palustris Engl. bot.* 553. *L. salinus Roth.*, *Wohll.*

In pratis humidis ad Nietleben. Iun. ♃

318. APARGIA.

893. A. autumnalis, scapo ramoso, pedicellis squamosis, foliis lanceolatis pinnatifidis glabriusculis. *Leontodon autumnale L. Engl. bot.* 830. *Hedypnois autumnalis Smith.*

In pratis, pascuis, versuris vulgatissime. Aug. Sept. ♃

894. A. hispida, scapo unifloro, foliis runcinatis dentatis calycibusque hirtis, pilis subfurcatis. *Fl. dan.* 862. *Curt. n.* 53. *Engl. bot.* 554. *Leontodon hispidum L.*

In pratis, pascuis satis vulgaris. Iul. ♃

319. TRAGOPOGON.

895. Tr. pratensis, calycibus corollae radium subaequantibus, pedunculo tereti, foliis carinatis integris subundulatis. *Fl. dan.* 906.

In pratis, pascuis vulgaris. Iun. — Aug. ♂ *Radius saepe calyces superat.*

896. Tr. maior, calycibus corollae radium superantibus, pedunculo superne incrassato, corollulis apice rotundatis. *Jacqu. austr. t.* 29.

In pratis ad Rolsdorf rarius. Aug. ♂

897. Tr. porrifolius, calycibus corollae radium longe ſuperantibus, pedunculo ſuperne incraſſato, corollulis apice truncatis, foliis ſtrictis. *Schk. t.* 219. *Fl. dan.* 797. *Engl. bot.* 638.

In pratis nemoroſis ad Gutenberg, im Hackenholz bei Branderode. Iun. ♂ *Flores purpurei.*

320. SCORZONERA.

898. Sc. humilis, caule ſubnudo ſubunifloro, calycinisque ſquamis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis nervoſis planis. *I. Bauh. hiſt. II.* 1061.

In pratis ſylvaticis ad Schmon, Farrnſtädt, in der Heide rarius. Iun. Iul. ♃

*899. Sc. glastifolia, caule ſubunifloro folioſo calycibusque glabris, foliis lineari-lanceolatis nervoſis planis. *Willd. ſp. pl. Sc. graminifolia Roth. Sc. anguſtifolia altera I. Bauh. hiſt. II.* 1061. *Buxb.* 298.

In pratis ſylvaticis in der Heide, bei Lieskau. Iul. ♃

900. Sc. rosea, caule ſimplici paucifloro, foliis lanceolato-linearibus planis, caulinis carinato-triquetris. *Willd. ſp. pl. Sc. purpurea Leyſs. I. Bauh. hiſt. II.* 1062.

In nemoribus montoſis, dem Rockenholz, der Heide, hinter dem Petersberge, im Ramſiner Holze, et alibi paſſim. Iun. Iul. ♃

901. Sc. laciniata, foliis inferioribus pinnatifidis linearibus, calycinis ſquamis inferioribus patulis mucronatis. *Schk. t.* 215.

In collibus apricis bei der Bergſchenke, hinter Bennſtädt, bei Nietleben, Trebnitz etc. Aeſt. ♂

321. PICRIS.

902. P. hieracioides, calyce exteriori polyphyllo

abbreviato foliis lanceolatis dentatis amplexicaulibus aſperis, floribus corymboſis. *Schk. t.* 216. *Engl. bot.* 196.

In pratis, verſuris paſſim. Iul. ♃

P. echioides (Helminthia Gärtn.) ſemel a me inter Medicaginem ſativam bei der Bergſchenke lecta, advena ſine dubio, dein evanuit.

322. THRINCIA.

903. THR. HIRTA, ſcapo unifloro, calyce glabriuſculo baſi ſquamulis aucto, foliis lanceolatis ſinuato-dentatis. *Apargia hirta Schk. t.* 220. *Leontodon hirtum Curt. n.* 60. *Hedypnois hirta Engl. bot.* 555.

In vineis ad Kölme. Iul. ♃ Radii *corollulae ſubtus vireſcentes*; Pili *ſcapi foliorum furcati*; Calyces *ante antheſin penduli.*

323. HYPOCHOERIS.

904. H. MACULATA, hirſuta, ſcapo ſolitario nudiuſculo ſubſimplici, foliis ovato-oblongis integris dentatis. *Fl. dan.* 149. *Engl. bot.* 225.

In nemoroſis montoſis, in der Heide, im Rockenholze, Hackenholze et alibi infrequens. Iul. ♃

905. H. GLABRA, glabriuſcula, caule ramoſo ſubnudo, foliis dentato-ſinuatis ſublingulatis. *Schk. t.* 225. *Curt. n.* 25. *Fl. dan.* 424. *Engl. bot.* 575.

In campis aridis ſubarenoſis paſſim. Iul. ☉

906. H. RADICATA, foliis runcinatis obtuſis ſcabris, caulibus ramoſis nudis laevibus glauceſcentibus, pedunculis ſquamoſis. *Curt. n.* 26. *Fl. dan.* 150. *Engl. bot.* 831.

In pratis, paſcuis humidis paſſim. Iul. ♃

324. CICHORIUM.

907. C. INTYBUS, floribus geminis axillaribus, foliis

runcinatis. *Curt. n.* 41. *Fl. dan.* 907. *Engl. bot.* 539. *Sturm I.* 6.

In verſuris, pratis, ruderatis fere ubique. Aug. ♃

** CAPITATI.

325. ONOPORDON.

908. O. Acanthium, foliis decurrentibus tomentoſo-lanatis ſinuato-dentatis ſpinoſis *Curt. n.* 57. *Fl. dan.* 909. *Engl. bot.* 977. *Schk. t.* 230.

In ruderatis, pagis, ſepibus, ad vias vulgaris. Aeſt. ♂

326. CARDUUS.

909. C. nutans, foliis interrupte decurrentibus ſpinoſis, floribus cernuis ſolitariis, calycis ſquamis lanceolatis ſuperne patentibus. *Fl. dan.* 675. *Engl. bot.* 1112.

Ad vias, pagos copioſe. Aug. ⊙

910. C. acanthoides, foliis decurrentibus ſinuato-ſpinoſis ſubtus tomentoſis, calycibus globoſis ſubpedunculatis erectis villoſis ſolitariis, ſquamis linearibus recurvatis. *Engl. bot.* 973. *Schk. t.* 228. *C. polyacanthos Curt. n.* 67.

Ad vias, in ruderatis. Aug. ♂

911. C. crispus, foliis decurrentibus oblongis ſinuato-ſpinoſis ſubtus lanatis, calycibus pedunculatis aggregatis, ſquamis patulis. *Fl. dan.* 621. *Löſel. pruſſ. t.* 5.

In agris, cultis, ad ſepes. Aug. ♃

912. C. cyanoides, foliis tenuiſſime decurrentibus linearibus pinnatifidis margine ſubrevolutis, ſubtus tomentoſis, caule ſubbifloro, calycinis ſquamis mucronatis patentibus. *Gmel. ſib. II. t.* 15. *Ic. noſtra* 11. *C. mollis Wohll.*

In colle herbido zwiſchen Lettin und der Gersdorfer wüſten Feldmark. Aug. ♃

Cum C. molli congruit foliorum forma generali, odore florum moſchato, totoque habitu; differt tamen C. mollis verus foliis latioribus margine undulatis, ſupra nudioribus, nullo modo decurrentibus. In noſtro vero decurſus foliorum etiam parum animadvertendus. De C. molli cf. Cluſ. hiſt. et Jacqu. vind. 276.

913. C. DEFLORATUS, foliis ſemidecurrentibus pinnatifido-ſerratis ciliato-ſpinuloſis nudis, radicalibus indiviſis, pedunculis unifloris longiſſimis lanuginoſis. *Hall. ſtirp. t.* 4.

In nemoribus montoſis ad Lodersleben, Ebersrode. Aug. ♃

914. C. MARIANUS, foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis laevibus maculatis ſpinoſis, calycibus glabris aphyllis, ſquamis foliaceis refractis margine aculeatis. *Curt. n.* 25. *Engl. bot.* 976.

In cultis, ruderatis rarius. Aug. ☉

327. CNICUS.

915. CN. PALUSTRIS, foliis decurrentibus nudis lanceolatis dentatis margine ſpinoſis, calycibus racemoſo-glomeratis, ſquamis mucronatis appreſſis. *Curt. n.* 62. *Engl. bot.* 974.

In pratis humidis frequens. Aug. ♂

916. CN. LANCEOLATUS, foliis decurrentibus pinnatifidis hiſpidis, laciniis bilobis divaricatis ſpinoſis, calycibus ſubſolitariis arachnoideo-pubeſcentibus, ſquamis lanceolatis ſpinoſis patentibus. *Fl dan.* 1173. *Engl. bot.* 107.

In ruderatis, ad vias vulgaris. Iul. Aug. ♂

917. CN. ERIOPHORUS, foliis ſeſſilibus pinnatifidis hiſpidis, laciniis geminatis divaricatis ſpinoſis, calycibus aggregatis arachnoideo-pubeſcentibus, ſquamis mucronatis reflexis. *Engl. bot.* 386.

In montoſis ad Seeben, montem ſerenum rarius.

Iul. Aug. *A priori caute distinguendus calycibus subglomeratis, squamis reflexis.*

918. Cn. oleraceus, foliis amplexicaulibus cordatis pinnatifidis spinuloso-ciliatis, calycibus subracemosis bracteatis, squamis lanceolatis spinosis. *Schk.* *t.* 229.

In pratis vulgatissimus. Iul. Aug. ♃

919. Cn. tuberosus, foliis amplexicaulibus pinnatifidis nudiusculis spinuloso-ciliatis, caule superne aphyllo subbifloro, calycinis squamis mucronatis patulis, radice tuberosa. *I. Bauh. hist. III.* 43.

In pratis subhumidis, auf dem Wege nach Nietleben et alibi. Iul. ♃

920. Cn. arvensis, foliis sessilibus pinnatifidis nudiusculis spinosis, caule paniculato, calycibus ovatis, squamis mucronatis subappressis. *Curt. n.* 63. *Engl. bot.* 975. *Serratula arvensis L.*

In arvis et ad vias vulgatissimus. Iul. Aug. ♃

921. Cn. acaulis, foliis sessilibus pinnatifidis dentatis spinuloso-ciliatis, pedunculis radicalibus unifloris, calycibus ovatis glabris, squamis arcte imbricatis. *Fl. dan.* 1114. *Engl. bot.* 161.

In pratis, pascuis vulgaris. Iul. ♃ *Variat pedunculo caulescente.* (*Cn.* dubius *Willd. berol. t.* 6. *f.* 11.)

328. ARCTIUM.

922. A. Lappa, foliis caulinis cordatis petiolatis denticulatis, calycibus nudis. *Curt. n.* 40. *Engl. bot.* 1228.

In ruderatis, ad vias vulgatissimum. Iul. Aug. ♂

923. A. Bardana, foliis caulinis cordatis petiolatis integerrimis, calycibus arachnoideo-tomentosis. *Willd. sp. pl. A. Lappa β. L. Fl. dan.* 642. *Schk. t.* 227.

Ibidem cum priori. Iul. Aug. ♂

329. CARLINA.

924 C. vulgaris, caule corymboso pubescente, foliis lanceolatis dentatis spinosis subtus pubescentibus. *Fl. dan.* 1174. *Engl. bot.* 1144. *Schk. t.* 232.

In montosis asperis frequens. Iul. Aug. ♂

925. C. acaulis, caule simplici unifloro, foliis pinnatifidis nudis, laciniis inciso-dentatis spinosis. *Lobel ic. II p* 4.

In montosis apricis ad Querfurth, Burgscheidungen. Iul. ♃ *Variat caule palmari pedali; interdum subnullo.*

330. SERRATULA.

926. S. tinctoria, foliis argute serratis integris pinnatifidisque, floribus corymbosis. *Schk. t.* 234. *Fl. dan.* 281. *Engl. bot.* 38. *Sturm I.* 3.

In pratis et nemoribus frequens. Iul. ♃

*** discoidei.

331. CHRYSOCOMA.

927. Chr. Linosyris, herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis. *Schk. t.* 238.

In collibus nemorosis ad Lettin, in der Heide et alibi passim. Aug. ♃

332. EUPATORIUM.

928. Eu. cannabinum, foliis digitatis serratis. *Fl. dan.* 745. *Engl. bot.* 428.

In pratis paludosis. Iul. Aug. ♃

333. BIDENS.

* 1468. Sph. polymorpha, gregaria polymorpha, clavula ventricosa fusco-atra. *Fl. dan.* 900. *Pers. obs. mycol.* 2. *t.* 2. *f.* 2. *Sph. Carchariae Weigel obs. t.* 3. *f.* 6. ? *Sph. aspera Fl. dan.* 1250. *f.* 2. *Clavaria digitata Holmskiold p.* 75.

Ad truncos quercuum annosarum.

2. *Receptaculum acaule subrotundum sphaerulis asperum.*

* 1469. Sph. moriformis, gregaria simplex obovata tuberculosa atra intus cava. *Pers. ic. pict. fung. t.* 11. *f.* 1. *Tode fung. mekl. t.* 11. *f.* 90.

Ad truncos pinuum.

* 1470. Sph. rubiformis, gregaria subeffusa subrotunda tuberculosa solida atra. *Pers. bot. ann.* 11. *t.* 2. *f.* 1.

Ad truncos aridos.

* 1471. Sph. fragiformis, gregaria ſubconfluens papilloſa extus fuſco-ruſa intus atra. *Perſ. bot. ann.* 11. *t.* 2. *f.* 5. *ſyn. t.* 1. *f.* 1. 2.

Ad truncos quercuum annoſarum.

* 1472. Sph. fusca, gregaria ſubconfluens fuſco-ruſa papilloſa, intus ſolida concolor. *Perſ. bot. ann.* 11. *t.* 2. *f.* 3.

Ad ramos ſiccos corylorum et alnorum.

* 1473. Sph. Ribesia, erumpens mollis elliptica granuloſa, ſphaerulis albicantibus. *Rebentiſch neom. t.* 1. *f.* 5.

In cortice Ribis rubri.

* 1474. Sph. decolorans, caeſpitoſa cinnabarina expalleſcens, ſphaerulis globoſis tuberculato-rugoſis.

Ad ramos ſiccos acerum.

* 1475. Sph. spermoides, congeſta opaca rigida atra ſphaerulis globoſis papillatis. *Batſch. el. fung. t.* 30. *f.* 180.

Ad truncos aridos.

3. *Effuſae, oſtiolis prominulis.*

* 1476. Sph. deusta, lata effuſa craſſa irregularis rugoſo-undulata puſtulata, primum cinereo-pulverulenta, demum atra rigida. *Tode fung. mekl t.* 17. *f.* 129.

Ad terram in ſylvis. *(Oſtiola unco terminata.)*

* 1477. Sph. rosea, effuſa roſea, ſphaerulis coccineis, margine byſſaceo albicante.

In terra uda hinter dem Faſanenhauſe ſemel.

* 1478. Sph. ochracea, effuſa ochracea tuberculoſa, margine ſubtomentoſo.

Ad terram et ramos humi putreſcentes.

* 1479. Sph. atropurpurea, aggregata ſubeffuſa,

ſphaerulis globoſis papillatis atropurpureis. *Tode t.* 13. *f.* 105.

In cortice Meſpili Oxyacanthae et aliarum.

* 1480. Sph. Stigma, effuſa plana laevis rimuloſa picea, oſtiolis immerſis.

In ſepibus et ramis ſiccis.

* 1481. Sph. disciformis, ſparſa orbicularis planiuscula laevis erumpens fuſco-atra, oſtiolis immerſis punctiformibus.

Ad ramos ſiccos fagorum et quercuum.

* 1482. Sph. verrucaeformis, ſparſa angulata rugoſa erumpens nigra, oſtiolis latentibus. *Perſ. ſyn. t.* 1. *f.* 5. 6.

Ad truncos corylorum.

* 1483. Sph. bullata, erumpens ſubrotunda convexa cinerea intus alba, oſtiolis papillatis. *Perſ. ic. pict. t.* 3. *f* 7.

* 1484. Sph. coccinea, erumpens caeſpitoſa aurantiaca, ſphaerulis ovatis laete rubris. *Perſ. ic. et deſcr. fung. t.* 12. *f* 2. *Fl. dan.* 840. *f.* 2.

In cortice ſicco fagorum et ſambucorum.

1485. Sph. Berberidis, erumpens caeſpitoſa nigra, ſphaerulis ruguloſis. *Perſ. ic. pict. t.* 11. *f.* 3.

In cortice berberis.

* 1486. Sph. lata, effuſa ſubrugoſa aſpera brunea, ſphaerulis prominulis intus albidis.

Ad ligna et ramos exſiccatos.

β. *Sph.* anſerina, *ſphaerulis intus concoloribus. Perſ. ic. et deſcript. fung.* 1. *t.* 1. *f.* 8. 9.

Ad terram. *Schwie* pharmac.

* 1487. Sph. typhina, effuſa mollis flavida granuloſa. *Perſ. ic. et deſcript. fung.* 1. *t.* 7. *f.* 1.

In culmis graminum.

*1488. Sph. graminis, linearis erumpens maculaeformis atra. *Perf. obf. myc.* 1. *t.* 1. *f.* 1. 2.

In foliis exficcatis graminum, maxime Arundinis phragmitis.

*1489. Sph. salicina, fubcompofita erumpens ovalis rugulofa atra, fphaerulis connatis. *Todo t.* 13. *f.* 107.

In cortice falicum.

*1490. Sph. Anethi, linearis elongata erumpens rugulofa atra, fphaerulis papillatis.

Ad caules Anethi graveolentis.

*1491. Sph. longissima, linearis parallela longiffima atra, fphaerulis aggregatis.

Ad caules ficcos Chaerophylli bulbofi. (*Forte huc et Sph.* ftriaeformis *Perf.*)

*1492. Sph. Pteridis, ftriata parallela nigra, fphaerulis minutiffimis fubprominulis. *Rebentifch neom. t.* 1. *f.* 3.

In foliis Pteridis aquilinae, a Leyfsero iam obfervata.

*1493. Sph. nebulosa, linearis inaequalis maculofa cinereo-nigrefcens, oftiolis prominulis.

Ad caules umbellatarum et aliarum herbarum ficcos.

*1494. Sph. pulveracea, fublinearis conferta rigida atra, oftiolis fubprominulis.

Ad ligna exficcata.

*1495. Sph. maculaeformis, effufa conglomerata atra, fphaerulis fubimmerfis. *Perf. bot. ann.* 11. *t.* 2. *f.* 6. c. d.

In foliis acerum, corylorum.

4. *Singulares fubaftomae.*

*1496. Sph. Leucostoma, truncata albida poris nigrefcentibus forata.

Ad truncos Pruni domeſticae et Cerafi.

* 1497. Sph. microstoma, ſubrotunda planiuscula cinereo brunea, oſtiolis minutiſſimis granuliformibus.

Cum priore.

* 1498. Sph. tumida, turgida planiuscula atra, intus olivacea, oſtiolo nullo.

Ad ramos quercuum aridos.

* 1499. Sph. herbarum, ſparſa ſubdepreſſa pulla, oſtiolis papillatis. *Tode t.* 11. *f.* 88.

Ad caules herbarum.

* 1500. Sph. operculata, ſparſa immerſa livida, oſtiolis prominulis angulatis.

Ad ramos aridos populorum.

* 1501. Sph. sanguinea, ſparſa ovata ſanguinea apice perforata.

Ad ramos corylorum.

5. *Subſolitariae baſi tomentoſae aut hirtae.*

* 1502. Sph. Peziza, gregaria ſordide rubella mollis globoſa, collabeſcens cava baſi piloſa. *Tode t.* 15. *f.* 122. *Hoſm. germ. t.* 12. *f.* 1.

In truncis aridis.

* 1503. Sph. byssiseda, gregaria globoſa fuſca, baſi denſe tomentoſa. *Tode t.* 9. *f.* 70.

In truncis aridis.

* 1504. Sph. ovina, ſparſa albida globoſa, oſtiolo nigricante, baſi albo-tomentoſa.

Ad truncos putridos.

* 1505. Sph. pilosa, ſimplex ovata undique piloſa fuſco-atra, oſtiolo ſimplici. *Perſ. ic. et deſcr. fung. t.* 10. *f.* 9. 10.

Ad truncos aridos. *(Huc forte Sph.* hiſpida *Tode t.* 10. *f.* 84.*)*

* 1506. Sph. Racodium, conferta rugulofa hirta tomento denfo infidens. ? *Sph. obducta Bolt. t. 125.*

Ad truncos pinuum.

6. *Oftiola fpinulofa aut elongata.*

* 1507. Sph. spinosa, effufa atra rugulofa, oftiolis fpinofis quadrangulis. *Perf. fyn. t. 2. f. 9.*

Ad truncos aridos.

1508. Sph. ciliata, folitaria fubrotunda pallida cum epidermide prorumpens, oftiolis longiffimis divaricatis flavidis. *Perf. obf. myc. 2. t. 5. f. 3.*

In foliis ulmorum.

* 1509. Sph. Radula, folitaria puftulata brunea cum epidermide prorumpens, oftiolis angulato-afperis.

Ad truncos arborum.

* 1510. Sph. rostrata, folitaria globulofa atra extus rugulofa, oftiolo longiffimo fpinulofo fubfalcato. *Tode t. 10. f. 79.*

Ad truncos arborum.

* 1511. Sph. tubaeformis, folitaria ovata fulva cum epidermide prorumpens, demum collapfa fcutellata, oftiolo tereti recto. *Tode t. 16. f. 125.*

In foliis betulae et coryli deciduis. *(Huc et Sph.* Gnomon *Tode. Perf.)*

* 1512. Sph. rubella, fubaggregata ovata nigra e crufta violacea erumpens, oftiolo conico elongato. *Perf. Tode t. 9. f. 72.*

In caule putrefcenti Solani tuberofi.

* 1513. Sph. tentaculata, compofita verrucofa atra prorumpens, oftiolis aggregatis teretibus fubdivaricatis. *Batfch. el. fung. t. 30. f. 183.*

Ad ramos arborum aridos.

* 1514. Sph. Bombarda, ſubaggregata oblonga fuſceſcens mollis, oſtiolo elongato papillaeformi. *Batſch. l.c. f.* 181. *Bolt. t.* 122. *f.* 1.

451. STILBOSPORA.

* 1515. St. microsperma, ſporulis minutiſſimis ſubrotundis.

Erumpens e ramis ſiccis. *Schwie.*

452. NEMASPORA.

* 1516. N. populina, puſtulata erumpens nigreſcens; cirrhis flavis. *Perſ. obſ. myc.* 1. *t.* 5. *f.* 8. (*N. chryſoſperma.*)

In cortice Populi nigrae, Alni et Betulae.

* 1517. N. inquinans, ſparſa erumpens papillata nigra, cirrhis fuſco-nigris. *Sphaeria Perſ. Tode t.* 10. *f* 85.

In ramis pyrorum, malorum, acerum.

453. XYLOMA.

* 1518. X. salicinum, craſſum tuberculoſum nigrum intus baſi cartilagineum album.

In foliis Salicis capreae.

* 1519. X. acerinum, maculaeforme tenue rugoſo-rimoſum nigrum.

In foliis acerum deciduis.

* 1520. X. Arundinis, ſolitarium impreſſum ovale granuloſum fuſco-ferrugineum. *Rebent. Hyſterium arundinaceum Schrad. journ.* 1799. 2. *t.* 3. *f.* 3.

In foliis Arundinis Phragmitis.

* 1521. X. punctatum, ſimplex maculaeforme nigrum ruguloſum.

In foliis acerum.

* 1522. X. pezizoides, confertum orbiculare nigrum,

demum apertum, margine erecto ſubcrenato, diſco pallido.

In foliis quercuum.

* 1523. X. HYSTERIOIDES, ſolitarium ellipticum nitidum atrum. *Perſ. ic. et deſcr. t.* 10. *f.* 3. 4.

In foliis Meſpili Oxyacanthae.

* 1524. X. POPULINUM, gregarium forma varium applanatum laeve nigrum.

In foliis Populi tremulae.

* 1525. X. SALIGNUM, gregarium ſubconfertum orbiculare tenue, diſco ſubconvexum.

In foliis Salicis capreae, quorum totam fere faciem occupat.

454. HYSTERIUM.

* 1526. H. PULICARE, gregarium ellipticum ſtriatum nigrum. *Perſ. ic. pict. t.* 9. *f.* 2. *Lichen ſcriptus β. pulicaris auct.*

In cortice quercuum et ulmorum.

1527. H. CRISPUM, elongatum erumpens opacum nigreſceus ſubventricoſum, labiis tenuibus criſpis. *Perſ. ic. pict. t.* 9. *f.* 1.

Satis frequens ad ramos pinuum et corylorum.

* 1528. H. CONIGENUM, ſtriaeforme ruguloſum ovatum nigrum.

In ſquamis ſtrobilorum pini.

* 1529. H. PINASTRI, erumpens ovale nigrum nitidum. *Schrad. Journ.* 1799. 2. *t.* 3. *f.* 4.

In foliis pinuum.

455. SCLEROTIUM.

* 1530. SCL. BRASSICAE, oblongum depreſſum, primo albidum dein nigrum, intus nigro punctatum. *Bolt. fung. t.* 119. *f.* 2.

In foliis braſſciae putreſcentibus.

* 1531. Scl. populneum, congeſtum ſubimmerſum ruſum, demum nigreſcens maculaeforme.

In foliis populorum vulgatiſſimum.

456. SPHAROBOLUS.

*1532. Sph. stellatus. Carpobolus albicans *Michel. t.* 101. *Lycoperdon Carpobolus Fl. dan.* 895.

In ramis ſambucorum ſemiputridis. Subiculum *ovatum cavum ferrugineo-luteum pubeſcens, primum clauſum, dein apice rumpens margine 7-dentato aurantiaco, explodens* veſiculam *candidam cum ſeminibus nigris.*

457. PILOBOLUS.

* 1533. P. crystallinus, receptaculo obovato, veſicula hemiſphaerica lurida. *Perſ. obſ. myc.* 1. *t.* 4. *f.* 10. *Fl. dan.* 1080. *Mucor urceolatus Bolt. t.* 133. *f.* 1.

In fimo equino.

458. TULOSTOMA.

1534. T. brumale, ſordide ochraceum, ſtipite cylindrico, peridio globoſo papillato. *Perſ. Batſch. el. fung. t.* 29. *f.* 167. *Lycoperdon pedunculatum Leyſs.*

In rupibus ad Kröllwitz rarius.

459. BOVISTA.

1535. B. nigrescens, maior nigreſcente - umbrina ſubtus plicata. *Lycoperdon Boviſta Leyſs. Lycoperdon arrhizon. Batſch. t.* 29. *f.* 116. *L. globoſum Bolt. t.* 118.

In nemoribus umbroſis.

1536. B. plumbea, minor globoſa plumbea. *Gleditſch. fung. t.* 5. *Lycoperdon Boviſta Leyſs.* β. γ. δ.

In pratis frequens.

460. LYCOPERDON.

1537. L. Bovista, magnum obconicum molle ſordide albidum ſubtus plicatum ſquamis latiuſculis. *Fl. dan.* 1139. *Bolt. t.* 117.

In collibus herbidis.

1538. L. pratense, breviſſime ſtipitatum candidum molle, peridio hemiſphaerico laeviuſculo verruculoſo.

Cum priori.

* 1539. L. hyemale, ſtipite longo ſubtereti, peridio ſubgloboſo laeviuſculo furfuraceo albido.

In nemoribus, e. g. ad Seeben.

*1540. L. umbrinum, clavatum verrucoſum cinereo-umbrinum. *Bolt. t.* 117. *f.* f.

In nemoribus, pinetis gregarie.

*1541. L. pyriforme, pyriforme ſquamuloſum ſordide-fuligineum, radiculis fibroſis longis. *Schäff. t.* 185.

In ſylvis umbroſis.

461. GEASTRUM.

1542. G. quadrifidum, peridio ſubgloboſo pedicellato, ore pectinato, radiis ſubquadrifidis fornicatis. *Schmidel t.* 37. *Batſch t.* 29. *f.* 168. *Lycoperdon baſi quadrifida Buxb.* 203. *c. ic. L. ſtellatum* β. *Leyſs.*

Im Galgthörſchen Schieſsgraben invenit *Hübner*, cel. entomologus. *Dum haec ſcribo, adfert Funckius hortulanus ex horto ſuo.*

1543. G. coronatum, peridio globoſo pedicellato, diſco planiuſculo, ore conico, radiis multifidis umbrinis externe granuloſis ſubexpanſis. *Schmidel t.* 46. *Michel. t.* 100. *f.* 1. *Fl. dan.* 360. *L. ſtellatum* α. *Leyſs.*

In pinetis rarius. *Hübner.*

462. LYCOGALA.

1544. L. MINIATUM, gregarium globofum, primum miniatum, dein fufcefcens, pulvere rofeo. *Michel. t. 95. f. 2. Lycoperdon Epidendrum Leyſs. Fl. dan.* 720. *Bolt. t.* 119. *f.* 1.

In truncis arborum.

*1545. L. ATRUM, pulvinato-effufum, fufco-atrum, pulvere filis ramofis arbusculiformibus radiatis intertexto. *Albertini et Schweinitz t.* 3. *f* 3.

In truncis pinuum demortuis.

463. FULIGO.

1546. F. RUFA, pulvinata fulva, pulvere nigro, cortice fubrugofo fragili fubcompacto. *Perſ. ſyn. t.* 4. *f.* 1. *Fl. dan.* 778. *Mucor ſepticus Leyſs. Bolt. t.* 134. *f.* 1.

In lignis putrefcentibus.

*1547. F. VIOLACEA, dilatata fufco-violacea, cortice tenui laeviusculo fordido deciduo, pulvere compacto atro. *Perſ. ic. pict. t.* 1.

In truncis annofarum pinuum frequens.

*1548. F. FLAVA, effufa flava aut fulfurea, cortice cellulofo-reticulato.

Ad truncos putrefcentes frequens, (*F.* vaporaria *ad ſuperficiem corticis quercini, quo coriarii utuntur, huc etiam pertinet.)*

464. PHYSARUM.

*1549. PH. CINEREUM, feffile ovato-globofum cinereum intus filis albis reticulatum. *Batſch t.* 29. *f.* 169.

Ad truncos.

*1550. PH. FARINACEUM, ftipitatum, peridii cortice tenuiffimo farinofo-villofo cinereo.

Ad truncos inv. *Schwie.*

465. TRICHIA.

*1551. Tr. rubiformis, ſtipitata faſciculata chalybea nitida, capillitio pulvereque puniceis, ſtipitibus connatis, peridio turbinato. *Lycoperdon veſparium* Batſch *t.* 30. *f.* 172.

In truncis ſubputreſcentibus.

*1552 Tr. fallax, ſimplex ſtipitata, primo rubra dein argillacea, peridio ſubgloboſo. *Clathrus* Schmidel *t.* 33. *f.* 1. *Clathrus fulvus* Bolt. *fung.* *t.* 93. *f.* 3.

Ibidem.

*1553. Tr. nigripes, ſparſa, peridio pyriformi flavo vel ſordide albido, ſtipite exiguo nigreſcente. *Perſ. ic. et deſcr. fung.* *t.* 14. *f.* 3.

In muſcis.

*1554. Tr. nitens, ſeſſilis congeſta rotunda flava. *Lycoperdon favogineum* Batſch. *t.* 30. *f.* 173.

Ad truncos, in nemuſculo Seebenſi copioſe.

466. ARCYRIA.

*1555. A. cinerea, gregaria albido-cinerea. *Fl. dan.* 655. *f.* 1.

In ſylvis ad truncos.

*1556. A. punicea, gregaria croceo-punicea, capillitio ſubcinereo. *Clathrus denudatus* Bolt. *fung.* *t.* 93. *f.* 2.

Ibidem.

467. STEMONITIS.

*1557. St. typhina, ſparſa, capillitio cylindrico obtuſo ſubincurvo. *Embolus pertuſus.* Batſch *t.* 30. *f.* 176.

Ad truncos.

468. CRIBRARIA.

*1558. C. vulgaris, gregaria, peridio globoſo ſubcernuo flavo, ſtipite longo purpuraſcente.

Ad truncos.

469. DIDERMA.

*1559. D. VERNICOSUM, ſtipitatum congeſtum ovatum flavido-nitens, ſtipite brevi filisque albidis, pulvere atro. *Dickſ. t.* 3. *f.* 5.

In muſcis, Erica vulgari et Vaccinio Myrtillo paraſiticum copioſiſſime im Zorgs.

*1560. D. DIFFORME, ſeſſile laeve difforme candidum, cortice interiori coeruleſcente, pulvere fuſco. *Perſ. ic. pict. t.* 12. *f.* 3—5.

In caulibus Solani tuberoſi.

470. SPUMARIA.

*1561. SP. MUCILAGO, alba intus caeſia, peridiis interne ramoſo-cornutis, pulvere nigro. *Michel. t.* 96. *f.* 2.

Folia et muſcos inveſtit.

471. MUCOR.

1562. M. MUCEDO, ſtipite ſimplici, peridio inflato griſeo-nigreſcente, ore rotundo circa ſtipitem dehiſcente. *Tode t.* 3. *f.* 21. *Fl. dan.* 461. *f.* 4. *Bolt. t.* 132. *f.* 1.

In fructibus putridis.

*1563. M. HERBARIORUM, ſeſſilis flaveſcens, peridiis globoſis tomento inſidentibus.

In plantis non probe exſiccatis.

472. TUBULINA.

*1564. T. FRAGIFORMIS, ſuborbicularis rubro-ſpadicea, tubulis incraſſatis apice diſtinctis. *Batſch t.* 30. *f.* 175. *Tubulifera Ceratum Fl. dan.* 659. *f.* 2.

Ad truncos poſt pluvias.

473. CHAENOCARPUS.

1565. CH. SETOSUS, filamentis capillaribus atris ſub-

ramosis, peridio laterali et terminali fusco. *Rebent. t.* 3. *f.* 12. *Lichen setosus Leyss. Rhizomorpha setiformis Pers.*

In foliis acerosis deiectis copiosissime. (*Peridia primus vidit Humboldtius ὁ πάνυ. frib. p.* 33.)

473. RÖSTELIA.

* 1566. R. CANCELLATA, stromate tuberculato spadiceo. *Rebent. t.* 2. *f.* 9. *Lycoperdon cancellatum fl. dan.* 704. *Aecidium Pers.*

In foliorum Pyri communis aversa parte vulgaris.

474. AECIDIUM.

* *Peridium stromati insidens.*

* 1567. AEC. CORNUTUM, flavescens, peridiis longissimis curvatis olivaceo-griseis. *Pers. obs. myc.* 2. *t.* 4. *f.* 2. 3. *Lycoperdon fl. dan.* 838.

In foliis Pyri aucupariae vulgare.

* 1568. AEC. RUMICIS, confertum maculaeforme sanguineum, peridiis pulvereque pallidis. *Hofm. germ.* 2. *t.* 11. *f.* 2.

In foliis Rumicum et Ribis Grossulariae.

* 1569. AEC. CRASSUM, crassum effusum aurantium, peridiis congestis. *Pers. ic. et descr. fung. t.* 10. *f.* 1. 2.

In ramulis Rhamni cathartici et Frangulae, Ranunculorum, Calthae et Aquilegiae.

* 1570. AEC. BERBERIDIS, caespitosum orbiculare, peridiis subelongatis flavis. *Jacqu. collect.* 1. *t.* 4. *f.* 1. *Rebent. t.* 3. *f.* 11.

In foliis Berberidis vulgaris.

** *Peridium solitarium stromate destitutum.*

* 1571. AEC. EUPHORBIAE, simplex confertum, peridiis cylindricis pallidis, ore reflexo, pulvere aurantiaco. *Schk. t.* 129. *s. t.*

In aversa parte foliorum Euph. Cyparissiae vulgatissimum.

*1572. Aec Tragopogonis, sparsum, peridiis subellipticis albis, margine lacero, pulvere flavo.

In caule et foliis Tragopogonis pratensis.

*1573. Aec. Falcariae, simplex subconfertum flavum, peridii dentibus latiusculis suberectis.

In foliis Sii Falcariae.

*1574. Aec. columnare, simplex tenue cylindrico-elongatum flavum, apice lacero albido, pulvere aurantiaco. *Albert. et Schwein. t. 5. f. 4.*

In foliis iunioribus Pinus piceae horti botanici.

476. PUCCINIA.

*1575. P. Anemones, spadicea, sparsa, in quincuncem disposita, inquinans. *Pers. obs. myc. 2. t. 6. f. 5.*

In foliis iunioribus Anemones nemorosae.

*1576. P. Polygoni, spadicea, sporulis caudatis.

In foliis Polygoni amphibii et Convolvuli arvensis.

*1577. P. graminis, striata linearis flavo-fuscescens, sporulis subturbinatis. *Banks account c. ic.* (Uredo linearis *iunior fere haec est.*)

In culmo Secalis et Tritici vulgatissima.

*1578. P. Juniperi, magna caespitosa subgelatinosa conica fulva, sporulis obovatis longissime caudatis. *Michel. t. 92. Schmidel t. 66. Tremella juniperina Leyss. Tremella clavariaeformis Wulf., Pers.*

In truncis juniperorum.

*1579. P. potentillae, pustulata nigra, sporulis cylindricis obtusis.

In foliis aridis Pot. argenteae.

*1580. P. mucronata, conferta nigra, sporulis stipitatis cylindricis mucronatis.

In foliis Rosarum et Ruborum.

477. UREDO.

1. *Rubigo.*

* 1581. U. Helioscopiae, sparsa subglobosa flava.
In foliis Euph. helioscopiae.

* 1582. U. Rosae, orbicularis flavescens, demum nigrescens.
In foliis Rosae centifoliae.

* 1583. U. farinosa, confluens farinosa ochracea.
In foliis Salicis capreae.

* 1584. U. gyrosa, sparsa flava, margine duplici undulato erecto. *Rebent. t.* 3. *f.* 13. *U. Rubi idaei Pers.*
In foliis Rubi idaei.

2. *Albugo.*

* 1585. U. candida, effusa candida.
In caule Thlaspeos Bursae et Alyssi calycini.

3. *Ustilago.*

* 1586. U. segetum, fusco-nigricans intus filamentosa.
In spicis Tritici, Hordei et Avenae. *Cf. Kirby in Linn. transact.* 5. *p.* 112. *f. Tessier des malad. des grains, p.* 306. *f.* 2—4.

* 1587. U. Caricis, fusco-nigricans nuda.
In fructibus caricum variarum.

478. CYATHUS.

*1588. C. striatus, hirsutus spadiceus interne striatus. *Michel. t.* 102. *f.* 2. *Peziza lentifera β. Leyss. Bolt. fung. t.* 102. *f.* 2.
Inter folia putrida, locis umbrosis humidis.

1589. C. Olla, externe cinereo-flavescens subtomentosus, interne laevis plumbeo-lividus.

Michel. t. 102. f. 1. *Fl. dan.* (469. f. 1.?) 780. f. 1. *Peziza lentifera* α. *Leyſs. Bolt.* t. 102. f. 1.

Ad aſſeres et ligna arida.

* 1590. C. Crucibulum, ſubcylindricus induratus ſubtomentoſus ochraceo-albidus. *Michel.* t. 102. f. 3. *Fl. dan.* 105.

Ad aſſeres vetuſtos horti botanici.

X. FUNGI.

479. PHALLUS.

1591. Ph. impudicus, ſtipite cribroſo ſubobliquo, pileo celluloſo pervio. *Fl. dan.* 175. *Trattinick fung. auſtr.* t. 9. f. 18. *Curt.* n. 33. *Bolt.* t. 92.

In ſylvis frondoſis rarior.

480. TUBERCULARIA.

1592. T. vulgaris, gregaria amoene rubra ſulcato-rugoſa, ſtipite breviſſimo pallido. *Sphaeria tremelloides Weigel obſ.* t. 3. f. 1. *Tremella purpurea Leyſs. Sph. miniata Bolt.* t. 127. f. 1.

In ramis emortuis plerisque.

1593. T. rosea, ſparſa ſeſſilis ſubdifformis glebuloſa roſea. *Lecidea roſella Achar.*

In ramis quercuum cum Parmelia ſtellari et aliis.

481. AMANITA.

* 1594. A. livida, pileo planiusculo umbonato ſtriato, plumbeo-livido, lamellis ſtipiteque longo albidis. *Fl. dan.* 1014. *Schäff.* t. 85. 86.

In ſylvis frequens.

1595. A. muscaria, pileo aurantiaco-rubro planiusculo nitido ſubverrucoſo, verrucis lamellis ſti-

piteque candidis. *Agaricus Leyſs. Fl. dan.* 1129. *Bolt. t.* 27. 46. *Cf. icunculam in Bolt. introd.*

In ſylvis vulgatiſſima.

482. AGARICUS.

1. *Lamellis areſcentibus, ſtipite annulato.* Lepiota *Perſ.*

* 1596. A. PROCERUS, magnus, pileo oblongo ſquamoſo umbonato cinereo-fuſco, lamellis remotiſſimis albidis, ſtipite bulboſo longiſſimo, annulo mobili. *Fl. dan.* 772. *Curt. n.* 39. *Bolt. t* 23.

In campis ſylvaticis.

* 1597. A. SQUARROSUS, caeſpitoſus, pileo carnoſo ſtipiteque ſquamoſo ochraceis, lamellis confertis. *Fl. dan.* 1191.

Ad caudices quercuum frequens.

* 1598. A. POLYMYCES, caeſpitoſus congeſtus, pileo umbonato piloſo-ſquamoſo ochraceo-fuligineo ſubfarinaceo, lamellis ſubdecurrentibus exalbidis, ſtipite annulato conico olivaceo-cinereo. *Fl. dan.* 1013. *Bolt. t.* 140. 141.

Ad radices arborum.

* 1599. A. CAUDICINUS, caeſpitoſus, pileo ſubcarnoſo umbonato glabro cinnamomeo, lamellis ſubdecurrentibus pallide ferrugineis, ſtipite ſquamoſo cylindrico. *Trattinick fung. auſtr. t.* 7. *f.* 14. *Fl. dan.* 1008. *f.* 2.

In ſylvis rarior.

2. *Lamellis demum cinnamomeis, ſtipite cortinato ſ. velo in fila araneoſa ſoluto.* Cortinaria *Perſ.*

1600. A. VIOLACEO-CINEREUS, pileo carnoſo hemiſphaerico punctato-ſquamuloſo violaceo-cinereo, lamellis ſubumbrinis, ſtipite bulboſo, cortina ferruginea. *A. violaceus Leyſs.*

In nemoribus quercuum paullo rarior.

1601. A. SANGUINEUS, pileo ſanguineo carnoſo convexo, ſtipite longo, cortina aurantiaca. *Wulff. in Jacqu. miſc.* 2. *t.* 15. *f.* 3.

In ſylvis, pinetis haud rarus.

1602. A. VACCINUS, gregarius, pileo carnoſo hemiſphaerico piloſo-ſquamoſo fuſco-ruſo, lamellis pallidis rubro-maculatis, ſtipite cavo fibrilloſo. *Perſ. ic. et deſcr. t.* 2. *f.* 1—4.

In pinetis frequens.

1603. A. CROCEUS, gregarius, pileo ſubcarnoſo umbonato ſubtomentoſo fulvo-cinnamomeo, lamellis flavo-croceis, ſtipite ſubtenui fibrilloſo, cortina fugaci. *Batſch t.* 23. *f.* 117. *Fl. dan.* 1015. *f.* 2. ? *A. caſtaneus Bolt. t.* 10. *A. cinnamomeus Leyſs.*

In pinetis.

3. *Lamellis unicoloribus areſcentibus, ſtipite nudo.* Gymnopus *Perſ.*

*1604. A. PRATENSIS, fulvo-ruſeſcens ſubdurus, pileo glabro, lamellis craſſis decurrentibus, ſtipite brevi. *Fl. dan.* 715.

In collibus herbidis vulgaris.

*1605. A. FLAVO-VIRENS, pileo carnoſo flexuoſo flaveſcente, ſquamis minutis ſubobſoletis nigricantibus, lamellis citrinis.

In pinetis.

*1606. A. FASTIBILIS, caeſpitoſus, pileo carnoſo glabro ſubviſcido lateritio-ſpadiceo flexuoſo, lamellis aquoſe cinnamomeis, ſtipite albido. *Batſch t.* 33. *f.* 195.

In pinetis.

*1607. A. ELATUS, pileo plano ſordide ochraceo, lamellis convexis bruneis, ſtipite longiſſimo albido. *Batſch t.* 32. *f.* 188.

In pinetis.

* 1608. A. COCCINEUS, gregarius coccineus, pileo submembranaceo subviscoso, lamellis distantibus dentatim convexis, stipite cavo subcompresso.

In pascuis, pratis.

* 1609. A. ROSEUS, gregarius roseus, pileo submembranaceo nitido, lamellis stipiteque basi villoso dilutioribus.

In quercetis.

* 1610. A. FUMOSUS, subgregarius rigidus fuliginosus, pileo convexo glabro, lamellis stipite dilutioribus. *Pers. ic. pict. t.* 1. *f.* 3. *(Nonne huc et A. nebularis Batsch t.* 33. *f.* 193. *?)*

In sylvis.

* 1611. A. DISCOIDEUS, subcaespitosus; pileo carnoso viscido planiusculo albido, disco flavescente, lamellis subdecurrentibus stipiteque albidis. *A. carnosus Curt. n.* 53. ?

Semel legi ad Nietleben.

* 1612. A. VITELLUM, pileo carnoso viscoso planiusculo umbonato olivaceo-umbrino, lamellis decurrentibus stipiteque vitellinis. *Albert. et Schwein. t.* 10. *f.* 4.

Ad margines pinetorum.

* 1613. A. TUBEROSUS, gregarius parvus albidus, pileo convexo papillato, stipite brevi rufescente tuberibus innato. *Batsch t.* 18. *f.* 93. *Bolt. t.* 48.

Aliis agaricis putrescentibus innascitur.

4. *Tenelli, pileo striato subpellucido, lamellis unicoloribus, stipite elongato fistuloso.* Mycena *Pers.*

* 1614. A. ALLIACEUS, solitarius graveolens, pileo campanulato fuscescente, lamellis albidis, sti-

pite nigrefcente-glauco bafi ftrigofo. *Fl. dan.* 1251.

In umbrofis udis.

*1615. A. Galopus, fubfolitarius, pileo campanulato nigrefcente-glauco, lamellis albido-cinereis, ftipite lactefcente. *Fl. dan.* 1071. *f.* 3.

Mufcis paludofis adnafcitur, in palude Dølav.

*1616. A. hypnorum, tenerrimus ochraceo-ferrugineus, pileo campanulato fulcato. *Batfch t.* 19. *f.* 96.

Vulgatiffimus, mufcis innafcitur.

1617. A. Clavus, gregarius exilis, pileo papillato aurantiaco, lamellis ftipiteque albidis. *Bolt. t.* 39. *f.* B.

Inter folia deiecta in fylvaticis umbrofis.

*1618. A. vulgaris, gregarius exilis, pileo papillato grifeo-rufefcente, lamellis ftipiteque vifcofo albidis. *Fl. dan.* 830. *f.* 2.?

In pinetis vulgaris.

*1619. A. Corticola, fparfus fufcefcens, pileo hemifphaerico fubplicato, lamellis uncinato-annexis albidis, ftipite breviusculo incurvo. *(Fl. dan.* 1015. *f.* 1.?) *A. tortilis Bolt. t.* 41. *f.* B.

Ad cortices arborum annofarum inter mufcos.

5. *Pileus membranaceus fugax, lamellae nigrefcenti-liquefcentes, ftipes fubalbidus.* Coprinus.

1620. A. comatus, gregarius, pileo conico fquamulofo fordide albido, lamellis dein purpurafcentibus. *Fl. dan.* 834. *Curt. n.* 16. *Bolt. t.* 44. *Schmidel t.* 70. *A. fimetarius Leyfs. fubeft.*

In locis graminofis, ad fepes.

*1621. A. plicatus, caefpitofus, pileo fubcampa-

nulato fuligineo apice ſquamuloſo, lamellis purpuraſcentibus, demum nigris. *Curt. n.* 11.

In locis ſtercoratis.

*1622. A. CINEREUS, pileo ſubtomentoſo cinereo, lamellis punctatis ſubflexuoſis. *Fl. dan.* 1195.

Ad margines ſylvarum.

1623. A. FERRUGINEUS, caeſpitoſus, pileo ſulcato campanulato ferrugineo ſurſum ſquamuloſo, lamellis caeſio-nigreſcentibus. *Fl. dan.* 1070. *Bolt. t.* 54.

In hortis et ſylvis.

*1624. A. SQUAMOSUS, ſubcaeſpitoſus, pileo umbonato ochraceo, margine ſquamoſo, lamellis fuſcis, ſtipite longo ſquamoſo annulato.

In hortis et campis ſtercoratis.

6. *Pileus perſiſtens; lamellae nebuloſae aquoſae, pulvere ſeminali demum obſcuriores.* Pratella.

1625. A. CAMPESTRIS, pileo planiuſculo rufo-fuſceſcente ſquamoſo, annulo incompleto. *Trattinick fung. auſtr. t.* 1. *Fl. dan.* 714. *Bolt. t.* 45.

In cultis ſtercoratis, ſimetis vulgaris.

1626. A. GRACILIS, pileo membranaceo campanulato acuto molliſſimo incarnato ochraceo, lamellis nigreſcenti-cinereis, ſtipite longiſſimo glabro.

In ſylvaticis ad folia.

7. *Pileus ſubdepreſſus; lamellae lacteſcentes.* Lactifluus.

1627. A. PIPERATUS, pileo infundibuliformi, margine expanſo glabro albido, lamellis congeſtis furcatis pallidis. *Batſch t.* 13. *f.* 59. *Fl. dan.* 1132. *Bolt. t.* 21.

In ſylvis umbroſis.

* 1628. A. DELICIOSUS, pileo umbilicato zonato aurantiaco variegato, lamellis ſuccoque aurantiaco-lateritiis. *Fl. dan.* 1131. *Bolt. t.* 9.

In pinetis arenoſis.

* 1629. A. NECATOR, pileo olivaceo umbrino, lamellis ſubcarneis, margine tomentoſo involuto.

In pinetis noſtris non rarus.

8. *Pileus carnoſus ſubdepreſſus; lamellae areſcentes; ſtipes nudus ſubalbidus.* Ruſſula. (*A. integer Leyſs.*)

* 1630. A. ROSACEUS, pileo planiuſculo roſeo, lamellis ſtipiteque candidis. *Fl. dan.* 1009. *Bolt. t.* 1.

In ſylvis noſtris frequens.

* 1631. A. OCHROLEUCUS, pileo planiuſculo flaveſcente, margine laevi, lamellis ſtipiteque albis. *Fl. dan.* 830. *f.* 1.

In ſylvis abietinis.

9. *Pileus umbilicatus infundibuliformis; lamellae exſuccae ſubdecurrentes; ſtipes nudus.* Omphalia.

* 1632. A. GILVUS, gregarius flavo-ferrugineus nitens, margine reflexo, ſtipite craſſo ſubtuberoſo. *Fl. dan.* 1011.

In der Heide.

* 1633. A. SQUAMULOSUS, pileo infundibuliformi ſquamuloſo cinnamomeo fuſceſcente, lamellis aquoſe albidis, ſtipite conico.

Ibidem.

1634. A. TARDUS, elaſticus fuſco-umbrinus, pileo infundibuliformi, margine inflexo laevi, ſtipite conico. *Dickſ. t.* 3. *f.* 1. *A. Infundibulum Leyſs.* (*Fl. dan.* 891. ?)

In rupibus ad Giebichenſtein.

1635. A. Rotula, caespitosus sordide cinereus, pileo profunde sulcato, lamellis tubo stipitem nigrescentem ambeunti adnexis. *Fl. dan.* 1134. *A. androsaceus Leyss.* *Bolt.* *t.* 32.

In foliis deiectis copiose.

* 1636. A. epiphyllus, gregarius minutus albidus, pileo primum convexo, demum umbilicato, lamellis raris ramosis, stipite nigrescente. *Batsch t.* 17. *f.* 83. 84. *Bolt. t.* 37. 39. A.

In foliis deciduis. *Varietas occurrit lamellis obliteratis:* *A.* rugatus *fl. dan.* 1194.

10. *Pileus dimidiatus; stipes lateralis aut nullus.* Pleuropus.

* 1637. A. ostreatus, gregarius substipitatus, pileo convexo cinereo, lamellis albidis decurrentibus basi confluentibus. *Curt. n.* 36.

Ad truncos arborum.

* 1638. A. mollis, gregarius molliusculus, pileo glabro gibboso pallido, lamellis aquose cinnamomeis. *Fl. dan.* 832. *f.* 1. ?

In truncis putrescentibus.

* 1639. A. stypticus, caespitosus, pileo subcoriaceo emarginato alutaceo subfarinaceo, lamellis tenuissimis venis connexis cinnamomeis, stipite compresso adscendente apice dilatato. *Trattinick fung. austr. t.* 1.

Ad truncos aridos frequens.

* 1640. A. nidulans, gregarius, pileo dimidiato reniformi tomentoso flavo, lamellis confertis croceo-cinnamomeis. *Pers. ic. et descr. fung. t.* 6. *f.* 4.

Ad truncos hinter dem Fasanenhause.

1641. A. variabilis, gregarius acaulis, pileo subtomentoso candido, lamellis ex albo demum rubiginosis. *Fl. dan.* 1073. ? *A. fulvus Leyss.*

Ad truncos et ramos deiectos in nemore Seebensi.

* 1642. A. epigaeus, pileo reniformi fragili griseo rufescente basi villoso albido, lamellis ramosis aquose cinnamomeis aut caesio-cinereis. *Batsch* *t*. 24. *f*. 122. 123.

Ad terram, et ad arborum truncos, margine saepe inflexo tumido.

* 1643. A. alneus, coriaceus tomentosus albido-griseus, lamellis fissis margine revolutis subcinereis. *Batsch* *t*. 24. *f*. 126. *Weigel obs*. *t*. 2. *f*. 6.

Ad truncos populorum, alnorum.

1644. A. coriaceus, coriaceus tomentosus zonatus pallescens subresupinatus, lamellis subramosis pallide luteis. *A. betulinus Leyss*. *Bolt*. *t*. 72. *f*. 1. *A. resupinatus fl. dan*. 1072.

Ad truncos betulinos. *Boletum versicolorem mentitur*.

* 1645. A. sepiarius, coriaceus utrinque planus, pileo strigoso-tomentoso spadiceo, lamellis confertis ramosis lutescentibus.

Frequens in truncis et sepibus. *Transitum facit ad sequens genus*.

483. MERULIÚS.

1646. M. Cantharellus, gregarius vitellinus, pileo carnoso glabro depresso. *Trattinick fung. austr*. *t*. 8. *f*. 15. *Fl. dan*. 264. *Agaricus L*. *Bolt*. *t*. 62.

In nemoribus nostris frequens.

* 1647. M. lobatus, acaulis difformis membranaceus rubro-fuscus, margine lobato crispato, venis ramosis anastomosantibus.

Muscis subputridis insidet in sylvis umbrosis.

* 1648. M. cornucopioides, caespitosus nigrescens,

pileo membranaceo ſquamuloſo, venis obſoletis ruguloſis. *Peziza fl. dan.* 384. *Bolt. t.* 103.

In ſylvis noſtris.

*1649. M. MUSCORUM, ſolitarius ſeſſilis auriformis gelatinoſus ſordide rufeſcens extus glaber intus venoſus margine criſpus, *Roth. in bot. ann.* 1. *t.* 1. *f.* 4.

Muſcis adhaeret in ſylvis umbroſis.

*1650. M. CRISPUS, dimidiatus ſubimbricatus rufo-tomentoſu, margine plicisque criſpis albidis. *Perſ. ic. et deſcr. fung. t* 8. *f.* 7.

In ramis deiectis variarum arborum.

*1651. M. TREMELLOSUS, acaulis ſubreſupinatus carnoſo-gelatinoſus, plicis ſubporiformibus rubicundis, ſubtus hirſutus. *Fl. dan.* 776. *f.* 1.

Ad truncos quercinos.

*1652. M. VASTATOR, orbicularis adultus aureus, venis criſpis verſus centrum in plicas abeuntibus, tuberculis intus albis ſubaggregatis cauleſcentibus intermediis. *Tode in Abh. d. hall. nat. Geſ. t.* 2.

In aedificiis, ligno humido, alburno.

*1653. M. GREGARIUS, reſupinatus ſeſſilis ochraceo-cinnamomeus orbicularis aggregatus, plicis ſublaceris. *n. ſp.*

In carpini cortice ſemel lectus.

484. DAEDALEA.

1654. D. QUERCINA, lignea duritie et colore, ſeſſilis laminis ramoſo-ſinuatis, ſinubus magnis. *Trattin. t.* 2. *f.* 3. *Agaricus L. Bolt. t.* 73.

Ad truncos quercuum, praeſertim ad Erdeborn.

1655. D. SUAVEOLENS, coriaceo-ſuberoſa ſeſſilis diſco albo, margine ferrugineo-ochraceo, ſinubus anguſtis flaveſcentibus

Ad Salices annoſas: unten am Jägerberge.

*1656. D. GIBBOSA, ſubſeſſilis dimidiata pileo ſubtomentoſo albido undulato ſubzonato baſi gibboſo, ſinubus anguſtis rectis.

In betularum truncis ad Erdeborn *Schulzmorlin*.

485. BOLETUS.

1. Suilli: *pileo pulvinato carnoſo, a tubis elongatis facile discedente.*

*1657. B. SUBTOMENTOSUS, pileo convexiusculo ſubtomentoſo ſordide ferrugineo, poris ingentibus. *Bolt. t.* 87.

In nemoroſis frequens.

*1658. B. PIPERATUS, pileo flexuoſo cinnamomeo, poris convexis ferrugineis, ſtipite baſi intusque flavo. *Batſch t.* 25. *f.* 128. *B. gregarius Fl. dan.* 1018.

In pinetis paſſim.

2. *Pileus carnoſo-ſuberoſus; tubi breves cum pileo cohaerentes.*

1659. B. PERENNIS, coriaceus tenax cinnamomeus, pileo zonato velutino. *Fl. dan.* 1075. *f.* 2.

In ſylvaticis vulgaris.

*1660. B. LEPTOCEPHALUS, pileo plano tenui ſupra cervino ſubtus albo, ſtipite excentrico brevi pallido. *Jacqu. miſc.* 1. *t.* 12.

In truncis ſubputreſcentibus.

*1661. B. UMBELLATUS, ramoſiſſimus, pileo infundibuliformi fuligineo-pallido, ſubtus albo. *Fl. dan.* 1197.

In der Heide inv. *Schwie*.

3. *Stipite laterali.*

*1662. B. GIGANTEUS, imbricatus latiſſimus, pileo ſubzonato molli rivuloſo ſquamuloſo-fibrilloſo,

ſpadiceo, diſco demum nigricante, ſtipite craſſo, poris pallidis. *Bolt. t.* 77.

Ad radices arborum.

1663. B. LUCIDUS, pileo coriaceo caſtaneo nitido concentrice ſulcato, poris minutis albidis. *Fl. dan.* 1253.

Ad arborum truncos putreſcentes.

* 1664. B. BADIUS, ſubcaeſpitoſus, pileo glabro caſtaneo, margine pallidiori, poris minutis pallidis, ſtipite craſſo fuſco. *Batſch t.* 25. *f.* 129. *Fl. dan.* 1075. *f.* 1.

In ſylvaticis frequens.

4. *Pileo dimidiato acauli.*

* 1665. B. STYPTICUS, caeſpitoſus carnoſus, pileo ſubrepando glabro albido, margine ruſeſcente, poris albidis.

Ad truncos caeſos.

1666. B. SUBEROSUS, craſſus ſuberoſus ſupra tomentoſus albus, poris maiuſculis pallidis. *Bolt. t.* 162.

Ad ſalices annoſas. *Cum Daedalea ſuaveolente non confundendus.*

* 1667. B. HISPIDUS, acaulis ferrugineus, pileo craſſo villoſo-ſtrigoſo ſubtus albido. *Fl. dan.* 1158.

Ad radices Pyri Mali.

* 1668. B. ALNEUS, gregarius ſubimbricatus, pileo inaequal tomentoſo ferrugineo ſubzonato, poris cervinis nitidis demum cinnamomeis exiguis.

Ad truncos betularum et alnorum.

* 1669. B. FUMOSUS, imbricatus carnoſus ſordide fuliginoſus, pileo glabro undulato baſi craſſiuſculo, poris concoloribus. *Trattin. t.* 3. *f.* 5.

Ad Salices annoſas.

*1670. B. CARPINEUS, caeſpitoſus, pileo glabro pallido marginato, poris griſeis.

Ad betulas. *Schulzmorlin.*

1671. B. IGNIARIUS, dilatatus laeviusculus rugulofus ſupra caſtaneo-aurantiacus, ſubtus pallidus. *Fl. dan.* 953. *Bolt. t.* 80.

Ad abietum truncos caeſos.

*1672. B. OCHRACEUS, imbricatus ſuberoſus, pileo ſubtomentoſo ochraceo flavo zonato baſi tuberculoſo, poris minutis albicantibus.

Ad truncos. *Schwie.*

*1673. B. VELUTINUS, pileo depreſſo tenui pallido margine albidiori ſubtomentoſo, poris minutis albidis.

Ad truncos. *Schulzmorlin.*

1674. B. UNGULATUS, durus cinereo-umbrinus faſciatus, poris albidis ſubferrugineis. *Trattin. t.* 3. *f.* 6. *B. fomentarius Leyſs.*

Ad Salices annoſas.

*1675. B. CINNABARINUS, gregarius cinnabarinus, pileo craſſiusculo obſolete zonato ruguloſo ſubtomentoſo.

Ad truncos betularum. *Abit in Siſtotrema.*

5. *Reſupinatus effuſus:* Poria.

1676. B. SEBACEUS, undulatus ſubrugoſus albido-ſpadiceus *Leyſs.*

In celſis.

*1677. B. CONTIGUUS, craſſus glaber ferrugineus, poris dilatatis aequalibus obliquis.

In ligno putrido.

*1678. B. MEDULLA PANIS, candidus limitatus cruſtaceus, poris minutis brevibus. *Bolt. t.* 166.

In truncis putridis. *Schulzmorlin.*

* 1679. B. MUCIDUS, candidus mollis margine byſſaceo, poris congeſtis minutis. *Fl. dan.* 716. *f.* 1.

Ad truncos caeſos.

* 1680. B. INCARNATUS, incarnatus laevis, poris obliquis inaequalibus.

Cum priori.

* 1681. B. RADULA, pallidus, margine laevi, tomentoſus craſſiuſculus lobatus, poris dentibusque inaequaliter prominulis centralibus aſper.

In truncis pinuum, betularum. *Schwie.*

* 1682. B. MOLLUSCUS, pallidus mollis, margine candido byſſino, poris ſubobſoletis ſublaceris.

In truncis arborum. *Cum B. fimbriato et byſſino ſumma adfinitas.*

* 1683. B. NITIDUS, anguſtatus elongatus incarnato-flaveſcens nitidus, poris minutis, margine glabro ſublobato. *Perſ. obſ. myc.* 2. *t.* 4. *f.* 1.

In Prunis horti botanici.

486. SISTOTREMA.

* 1684. S. CONFLUENS, gregarium ſtipitatum palleſcens, pileo carnoſo flexuoſo confluente, dentibus decurrentibus albidis.

Inter muſcos in pineis.

* 1685. S. SCHULZMORLINI, dimidiatum acaule craſſum ſanguineo-luridum, ſuperficie inaequali, dentibus ochraceo-ferrugineis. *n. ſp.*

In palude Dölav. *Schulzmorlin.*

* 1686. S. VIOLACEUM, dimidiatum imbricatum tomentoſum albidum, ſubtus purpuraſcenti-violaceum. *Hydnum decipiens f. Agaricus decipiens Willd. in bot. Magaz.* 4. *t.* 2. *f.* 5.

Ad truncos pinuum.

* 1687. S. VERSICOLOR, caeſpitoſum acaule coria-

ceum, pileo tenui zonato ſubmarginato tomentoſo-ſericeo, dentibus albidis. *Trattin. t.* 5. *f.* 10. *Boletus Perſ. Bolt. t.* 81.

Ad truncos aridos ſat frequens. *Mire variat pro aetate varia; mox enim zonarum veſtigia pauca, mox pilei ſuperficies tota cinereo-fuliginea, mox dentes ipſi ſubcinerei. (S. cinereum Perſ.)*

* 1688. S. QUERCINUM, reſupinatum glabrum pallide ſubrufeſcens, dentibus craſſis difformibus ſubappreſſis. *Hydnum candidum Willd. l. c. t.* 3. *f.* 7.

In ramis quercuum et pinuum aridis.

487. HYDNUM.

* 1689. H. IMBRICATUM, pileo carnoſo umbilicato umbrino ſquamoſo, ſquamis erectiuſculis craſſis obſcurioribus. *Batſch t.* 10. *f.* 43. *Fl. dan.* 176. *Bolt. t.* 88.

In ſylvaticis montoſis.

* 1690. H. REPANDUM, pileo rugoſo flexuoſo ſublobato glabro pallide incarnato ſeu flavido, ſtipite tuberoſo ſubexcentrico. *Fl. dan.* 310. *Bolt. t.* 89.

In ſylvaticis copioſe.

* 1691. H. AURISCALPIUM, ſtipitatum ſpadiceum, pileo dimidiato ſubhirſuto. *Fl. dan.* 1020. *Curt. n.* 32. *Bolt. t.* 90.

In ſtrobilis pinuum ad terram.

* 1692 H OBTUSUM, albidum, aculeis teretibus obtuſis apice villoſis.

In ramis aridis. *Schulzmorlin.*

488. THELEPHORA.

* 1693. TH. TERRESTRIS, ſubimbricata obſcure fuſca, pileo dimidiato applanato fibroſo-ſtrigoſo.

In pinetis ſabuloſis.

* 1694. TH. LACINIATA, imbricata obſcure fuſca, pileo dimidiato laciniato criſpo papilloſo.

Ad radices arborum paſſim.

* 1695. TH. FERRUGINEA, effuſa fuſco-ferruginea, pileo ſubtomentoſo laeviuſculo ſubtus piloſo. *Fl. dan.* 1198.

Ad ramos deiectos, colore pulveris ſternutatorii.

* 1696. TH. RUBIGINOSA, imbricata rigida ſupra rubiginoſo-ſpadicea papilloſa, infra zonata fuſca, utrinque glabra.

In pinetis non raro.

* 1697. TH. HIRSUTA, caeſpitoſa coriacea luteſcens ſubfaſciata ſtrigoſo-hirſuta ſubtus glabra. *Fl. dan.* 950.

Ad truncos arborum vulgatiſſima.

* 1698. TH. LUTEA, imbricata lutea zonata ſupra glabra, ſubtus fuſco-hirſuta. *n. ſp.*

In ſylva ad Erdeborn. *Schulzmorlin.*

* 1699. TH. MESENTERICA, coriaceo-gelatinoſa tomentoſa cinereo-fuſca, plicis longitudinalibus ſparſis, ſubtus purpuraſcens. *Fl. dan.* 1197.

Ad truncos quercinos et betulinos.

* 1700. TH. QUERCINA, reſupinata effuſa coriacea rugulosa rimuloſa carnea, margine ſubinvoluto ſubtusque umbrino.

Ad ramos quercuum aridos vulgaris.

* 1701. TH. ABIETINA, reſupinata effuſa coriacea ſublibera ſupra purpuraſcens nitens, ſubtus tomentoſa umbrina.

Ad ramos pinuum non rara. *Schwie.*

* 1702. TH. CALCEA, ſubeffuſa tenuis dura ſubrimoſa pallida, papillis manifeſtis.

Ad truncos varios.

* 1703. Th. Corium, resupinata crassa pallida molliuscula, superficie obsolete reticulata.

Ad truncos putrescentes in nemusculo Seebensi.

* 1704. Th. dispersa, effusa incrustans sordide flava mollis subgranulosa, subtus fusca. *n. sp.*

In cortice pinuum.

* 1705. Th. polygona, resupinata effusa incarnata, papillis maiusculis polygonis.

Ad ramos populorum aridos. *Abit in Th.* fallacem *colore alutaceo.*

* 1706. Th. laevis, resupinata albido-carnea late effusa laevissima, margine byssino.

Ad ramos varios aridos.

* 1707. Th. granulosa, glabra alutacea effusa, papillis minutis albidis, granulata subtus fusca.

In trunco decrepito. *Schulzmorlin.*

* 1708. Th. cruenta, resupinata glabra coriacea tuberculata sanguinea.

Ad ramos pinuum. *Schwie.*

* 1709. Th. Buceras, resupinata carnosa sanguinea crassa, papillis confluentibus, intus fibrosa. *n. sp. Boletus Buglossum fl. dan.* 1136.

In pinetis, der Heide, ad ramos.

* 1710. Th. incrustans, resupinata subcarnosa rugoso-tuberculosa effusa pallida, subtus ferruginea tomentosa.

Ad terram in locis sylvaticis.

* 1711. Th. vinosa, resupinata subrugosa mollis violaceo-fusca, margine subtomentosa.

Ad ligna abietina.

* 1712. Th. acerina, resupinata tenuis compacta subinterrupta albido-caesia.

Ad ramos quercuum aridos.

* 1713. Th. Schwieana, reſupinata gregaria pallide flava ſupra laevis, ſubtus tomentoſa albida ſubzonata. *n. ſp.*

Ad ramos pinuum a *Schwieo* pharmacopola lecta.

489. CLAVARIA.

* 1714. Cl. foetida, ramoſo fuſco-purpuraſcens, ramis ſubdiviſis approximatis, apice albicantibus nitidis. *Meriſma Perſ.*

In pinetis.

* 1715. Cl. corniculata, ſubramoſa flava, caule gracili elongato furcatim ſubdiviſo, ramulis acutis. *Fl. dan.* 775. *f.* 3. 836. *f* 2. *Bolt. t.* 114.

In ſylvaticis ad terram.

* 1716. Cl. cornea, ſimplex aut ſubramoſa flaveſcens viſcoſa obtuſa cylindrica, primum gelatinoſa, dein cornea. *Batſch t.* 28. *f.* 161.

In ligno pineo.

1717. Cl. pistillaris, ſimplex clavata aurantiaca aut cinnamomea. *Fl. dan.* 1255. *Batſch t.* 11. *f.* 46. *Bolt. t.* 110.

In ſylvaticis, faginetis rarius.

490. GEOGLOSSUM.

* 1718. G. hirsutum, ſubfaſciculatum hirſutum nigrum. *Schmidel t.* 25.

In ſylvis et pratis raro.

491. SPATHULARIA.

* 1719. Sp. flavida. *Fl. dan* 658. *Bolt. t.* 95.

Semel in der Heide legi, foliis putridis innatum.

492. LEOTIA.

* 1720. L. circinans, pileo orbiculari ſpadiceo livido cum ſtipite confluente. *Perſ. ic. et deſcr. t.* 5. *f.* 5.

Semel hinter dem Fasanenhause legi.

493. HELVELLA.

† 1721. H. Mitra, pileo inflato lobato demum sublibero livido-nigrescente, stipite sulcato lacunoso. *Fl. dan.* 116. *Bolt.* *t.* 95.

In pinetis rarissime.

494. MORCHELLA.

1722. M. esculenta, pileo basi contracto bruneo-fuligineo, stipite fistuloso albo-pulverulento. *Trattin.* *t.* 6. *f.* 11. *Phallus esculentus L.* *Fl. dan.* 53. *Bolt.* *t.* 91.

In sylvis rarius: Maio.

495. PEZIZA.

1. *Tremelloideae.*

* 1723. P. sarcoides, caespitosa subcarnosa carneo-rubra, externe subvenosa. *Fl. dan.* 1017.

Ad ramos aridos frequens.

* 1724. P. uda, subtremellosa applanata livido-fuscescens orbicularis.

Ad ramos deiectos.

* 1725. P. aurea, congesta minuta subsessilis planiuscula fulva nitida. *Helvella aurea Bolt. fung.* *t.* 98. *f.* 1.

Cum priori frequens.

* 1726. P. rufa, parva substipitata glabra convexa rufa, margine flexuolo.

In cortice pinuum. *Schulzmorlin.*

* 1727. P. vinosa, planiuscula minuta rosea.

In ramis quercuum.

2. *Cupula hirsuta.*

* 1728. P. hemisphaerica, gregaria maiuscula hemisphaerica, margine repando, intus fusca extus

umbrina, pilis faſciculatis. *Batſch* t. 28. f. 154.

In nemoroſis udis.

* 1729. P. CERINA, gregaria ſeſſilis luteſcens globoſa, extus ſtrigoſo-paleacea.

In lignis putridis. *Schulzmorlin*.

* 1730. P. GRANULIFORMIS, gregaria conferta ſeſſilis nivea hirta.

Ad ramos deiectos.

* 1731. P. CORTICALIS, gregaria ſeſſilis erumpens ſtrigoſo-hirta cinereo-lurida.

In cortice arborum. *Schwie*.

* 1732. P. VIRGINEA, gregaria candida, ſtipite longiusculo, cupula hemiſphaerica, patula villoſa. *Michel*. t. 86. f. 15.

Cum priore.

3. *Cupula glabra.*

* 1733. P. RADIATA, parva ſtipitata exalbida, margine ſetaceo-radiata. *Fl. dan.* 1016. *Bolt*. t. 106. f. 2.

Ad caules herbarum aridos.

* 1734. P. CYATHOIDEA, ſparſa albida, cupula nuda tenui, ſtipite ſubfiliformi. *Batſch* t. 27. f. 151. *Octoſpora Hedw. ſtirp.* II. 9. f. B.

Ad caules herbarum copioſe.

* 1735. P. FAGINEA, cupula planiuscula albida, ſtipite breviſſimo craſſo.

Ad ramos fagineos legi.

* 1736. P. DISCOLOR, β. *byſſiſeda*, ſeſſilis ochracea planiuscula ſubpapillata, tomento albo inſidens.

In truncis putridis ad Erdeborn. *Schulzmorlin*.

*1737. P. SANGUINEA, ſeſſilis plana, primum fuſca margine nigro flexuoſo, demum tota atra, tomento ſanguineo inſidens.

In truncis putridis populorum ad Erdeborn., *Schulzmorlin.*

*1738. P. LENTICULARIS, conferta, cupulis ſubſeſſilibus convexiusculis laete flavis.

Ad ramos ulmorum deiectos.

*1739. P. PATELLARIA, gregaria nigra applanata ſubcoriacea diſtincte marginata. *Lichen atratus Hedw. ſtirp. II. t. 21. A.*

In ramis tiliarum aridis.

*1740. P. PINASTRI, caeſpitoſa ſubſeſſilis rugulosa lobata atra nitida.

Ad corticem Pinus. *Num eadem cum P.* Abietis?

*1741. P. LEUCOMELAENA, gregaria ſeſſilis, cupulis concavis glabriusculis extus nigris intus caeſio albidis.

Ad ramos ſiccos.

*1742. P. CARPINEA, caeſpitoſa incarnato-palleſcens erumpens, cupulis in ſubiculo aggregatis ſubdifformibus planiusculis. *Tode t. 1. f. 32.*

In ramis aridis carpini.

*1743. P. LURIDA, gregaria ſeſſilis alba ſubirregularis, margine fuſco. *Batſch t. 26. f. 140.*

In truncis putridis. *Schwie.*

*1744. P. FULVA, ſparſa ſeſſilis aureo-fulva glaberrima, margine tumidulo integerrimo ſubinflexo. *n. ſp.*

In truncis putridis, cum Calicio claviculari. *Schulzmorlin.*

*1745. P. AERUGINOSA, gregaria ſubſtipitata aeruginoſa, diſco pallidiori. *Fl. dan. 1200. f. 1.*

In truncis putridis. *Schulzmorlin.*

496. STILBUM.

*1746. St. rigidum, gregarium, ſtipite rigido atro, capitulo primum aquoſo lacteo, deinum griſeo compacto. *Perſ. in bot. ann.* 11. *t.* 2. *f.* 2.

In truncis putridis. *(Subiculum adeſt, quod Calicio proximum reddit.)*

XI. BYSSI.

497. RHIZOMORPHA.

*1747. Rh. subcorticalis, compreſſa ramoſa fuſco-nigricans. *Michel. t.* 66. *f.* 3. *Fl. dan.* 713.

Ad truncos exſiccatos frequens inter corticem et lignum.

1748. Rh. scandens, longa ramoſa teretiuscula hinc inde verrucoſa nigra. *Rebent.*

Ad truncos annoſos caeſos copioſe. *Lichen radiciformis Leyſs.*

498. HIMANTIA.

1749. H. candida, tenera candida, apice ſubplumoſo. *Byſſus candida Leyſs. Dill. t.* 1. *f.* 15.

Inter folia putreſcentia ubique.

*1750. H. umbrina, tenera fibroſo-caeſpitoſa umbrina.

Ad ramos exſiccatos.

499. RACODIUM.

1751. R. rupestre, compactum nigrum erectiusculum ſubramoſum. *Dill. t.* 1. *f.* 18. *Byſſus antiquitatis Leyſs.*

In muris et ſaxis arenariis.

1752. R. cellare, late expanſum molliſſimum nigrum ſimplex. *Byſſus cellaris L. Cf. Humboldt frib.* 66. *Michel. t.* 89. *f.* 9.

In cryptis ſodinarum, cellis.

*1753. R. Xylostroma, latiſſimum molle alutaceum ochroleucum. *Tode t. 6. f. 51.*

In quercuum ramis aridis.

500. MONILIA.

1754. M. glauca, caeſpitoſa cinereo-glauca. *Michel. t. 91. f. 1. Fl. dan. 777. f. 2. 840. f. 3. Mucor glaucus Leyſs.*

In fructibus putreſcentibus.

1755. M. viridis, late effuſa acaulis granuloſo-articulata viridis. *Byſſus botryoides Linn. Lichen viridis Schreb. Lepraria botryoides Achar. Sprengels Anl. t. 8. f. 79. Fl. dan. 840. f. 3. 899. f. 3.*

Ad ſeptentrionales parietes, in truncis arborum. *(Cf. de dubio hoc organiſmo Weis gött. 16. Link gött. 15.)*

*1756. M. cinnabarina, acaulis effuſa cinnabarina. *Lepraria rubens Achar. Lichen rubens Hofm.*

In cortice arborum vetuſtarum verſus ſeptentrionem.

*1757. M. antennata, effuſa atra, filamentorum articulis ovatis. *Dematium Hofm. germ. t. 13. f. 4.*

In truncis putridis *Schwie.*

501. DEMATIUM.

*1758. D. epiphyllum, erectum faſciculatum olivaceum, dein pulveraceum filis intertextis.

In foliis populorum; ad caules herbarum. *(D. herbarum Perſ. mihi idem videtur.)*

*1759. D. ollare, effuſum ſericeo-fulvum molliſſimum. *Michel. t. 90. f. 4.*

In ollis vaporariorum.

1760. D. violaceum, caeſpitoſum violaceo-caeſium phosphoreum. *Byſſus phosphorea Leyſs.*

In lignis putreſcentibus.

* 1761. D. ABIETINUM, effusum tenue cinnamomeo-pallidum pulverulentum.

Ad truncos pinuum et abietum.

1762. D. ERYSIPHE, granulis aggregatis fusco-nigris tomento albo insidentibus. *Mucor Leyss. Sclerotium Pers.*

In foliis corylorum et aliarum plantarum.

502. ERINEUM.

* 1763. E. ACERINUM, depressum latiusculum rufo-fuscum.

Ad folia acerum deiecta.

* 1764. E. BETULINUM, depressum effusum, primo sulfureo-purpureum, dein rufo-fuscum. *Albert. et Schwein. Rebent.*

Ad folia betularum vulgare.

* 1765. E. TILIACEUM, gregarium pulvinatum primo sublilacinum, dein fuscum pallidumve.

Ad folia tiliarum.

* 1766. E. POPULINUM, cupulare immersum subgrumosum spadiceum.

Ad folia populorum.

* 1767. E. ALNEUM, pulvinatum grumosum fulvo-ferrugineum.

Ad folia alnorum.

503. ISARIA.

* 1768. I. TRUNCATA, ramosissima, ramis truncatis crenulatis.

Inter folia decidua et ad truncos caesos.

* 1769. I. MUCIDA, caespitosa effusa, ramulis subdepressis furcatis pruinatis. *Byssus fruticulosa Fl. dan.* 718. *f.* 2.

Ad ligna putrescentia.

AUCTORES CITATI.

Abhandlungen der hallischen naturforschenden Gesellschaft. B. 1. Dessau 1783. 8.

E. Acharii *methodus lichenum.* Holm. 1803. 8.

I. B. de Albertini et L. D. de Schweiniz *conspectus fungorum in agro Niskiensi crescentium.* Lips. 1805. 8.

C. Allionii *flora Pedemontana,* tom. 1 – 3. Aug. Taur. 1785. fol. Ej. *auctarium ad fl. Pedem.* Aug. Taur. 1789. 4.

Annalen der Botanik, herausgegeb. von P. Usteri, St. 1 — 24. Zürich. 1791 — 1800. 8.

Annals of botany: editors Ch. König and J. Sims. Lond. n. 1 – 4. 1804. 1805. 8.

J. Banks *account of the blight in corn.* Lond. 1805. 4.

Iac. Barrelier *plantae per Galliam, Hispaniam et Italiam observatae, iconibus exhibitae.* Paris 1714. fol.

A. I. G. C. Batsch *elenchus fungorum.* Hal. 1780 — 1789. 4. t. 1 — 3.

C. Bauhini *πίναξ theatri botanici.* Basil. 1671. 4.

I. Bauhini *historia plantarum,* tom. 1 – 3. Ebrodun. 1650. 51. fol.

Blackwellianum herbarium emendatum et auctum, cent. 1 — 6. Norib. 1750 — 1772. fol.

I. Bolton's *history of the british proper ferns.* Lond. 1791. 4.

Dessen *Geschichte der merkwürdigsten Pilze,* übersetzt von Willdenow, Th. 1. 2. 3. Berlin 1794. 1799. 8.

S. E. Bridel muſcologia recentiorum, vol. 1—3. *Goth.* 1797—1803. 4.

I. C. Buxbaum enumeratio plantarum in agro Halenſi creſcentium. Hal. 1721. 8.

Ej. plantarum minus cognitarum cent. 1—5. *Petrop.* 1728. 4.

A. Cavanilles anales de ciencias naturales, n. 1—20. *Madr.* 1799—1804. 8.

Ej. icones et deſcriptiones plantarum cent. 1—6. *Madr.* 1791—1802. *fol.*

Ej. Monadelphia claſſis, diſſ. 1—10. *Madr.* 1785—1790. 4.

C. Cluſii rariorum plantarum hiſtoria. Antverp. 1601. *fol.*

H. I. N. Crantz ſtirpium auſtriacarum, P. 1. 2. *Vienn.* 1769. 4.

W. Curtis flora Londinenſis, n. 1—70. *Lond.* 1777—1785. *fol.*

A. P. Decandolle aſtragalogia. Par. 1802. *fol.*

Iac. Dickſon faſc. 1—4. *plantarum cryptogamicarum Britanniae. Lond.* 1785—1801. 4.

I. I. Dillenii hortus Elthamenſis, vol. 1. 2. *Lond.* 1732. *fol.*

—— *hiſtoria muſcorum. Oxon.* 1745. 4.

L. W. Dillwyn's ſynopſis of the britiſh confervae, faſc. 1—4. *Lond.* 1800—1802. 4. *überſetzt von Weber und Mohr. Gött.* 1803—1805. 8.

R. Dodonaei ſtirpium hiſtoriae pemptades VI. Antv. 1616. *fol.*

F. Ehrhart's Beiträge zur Naturkunde, B. 1—7. *Hannov.* 1787—1792. 8.

Engliſh botany, or coloured figures of britiſh plants, by I. E. Smith aud Sowerby, vol. 1—16. *Lond.* 1790—1805. 8.

Flora danica, ed. C. Oeder, O. F. Müller et M. Vahl. vol. 1—7. Havn. 1764—1799. fol.

I. Gärtner *de fructibus et feminibus plantarum*, vol. 1. 2. Stuttg. 1788. 1791. 4.

C. F. Gärtner *carpologia*, fafc. 1. Tubing. 1805. 4.

L. Gerardi *flora gallo-provincialis.* Paris 1761. 8.

I. E. Gleditfch *methodus fungorum.* Berol. 1753. 8.

I. G. Gmelin *flora fibirica*, vol. 1—4. Petrop. 1747—1769. 4.

A. Gouan *flora Monspeliaca.* Lugd. 1765. 8.

—— *illuftrationes et obfervationes botanicae.* Tigur. 1773. fol.

Guettard *obfervations fur les plantes*, vol. 1. 2. Paris 1747. 12.

A. Haller *de Allii genere naturali libellus.* Gött. f. a. 4.

—— *hiftoria ftirpium indigenarum Helvetiae.* Bern 1768. fol.

F. G. Hayne und Dreves *botanifches Bilderbuch*, B. 1—4. 1800—1806. 4.

I. Hedwig *theoria generationis plantarum cryptogamicarum.* Lipf. 1797. 4.

—— *defcriptio et adumbratio ftirpium cryptogamicarum*, vol. 1—4. Lipf. 1787—1797. fol.

—— *fpecies mufcorum frondoforum* (pofthumae, ed Schwägrichen.) Lipf. 1801. 4.

G. F. Hofmann *Deutfchlands Flora, oder botanifches Tafchenbuch für das Jahr* 1795—1800—1804. Erlang. 12.

—— *hiftoria falicum*, vol. 1. 2. Lipf. 1787. fol.

G. F. Hofmann *defcriptio et adumbratio lichenum*, *vol.* 1—3. *Lipf.* 1790—1801. *fol.*

N. T. Hoft *icones et defcriptiones graminum auftriacorum*, *vol.* 1—3. *Vienn.* 1802—1805. *fol.*

W. Hudfon *flora anglica*, *vol.* 1. 2. *Lond.* 1778. 8.

A. Humboldt *florae fribergenfis fpecimen.* *Berol.* 1793. 4.

N. I. Jacquin *flora auftriaca*, *cent.* 1—5. *Vienn.* 1773—1776. *fol.*

— *icones plantarum rariorum.* 1—3. *Vienn.* 1780—1793. *fol.*

— *collectanea ad botanicam, chemiam et hiftoriam naturalem fpectantia*, *vol.* 1—4. *Vienn.* 1786—1793. 4.

— *obfervationum botanicarum*, *P.* 1—4. *Vienn.* 1764. 8.

— *enumeratio ftirpium, quae in agro Vindobonenfi crefcunt.* *Vienn.* 1762. 8.

— *mifcellanea auftriaca.* 1. 2. *Vienn.* 1778—1781. 4.

Jaume S. Hilaire *expofition des familles naturelles*, *vol.* 1. 2. *Paris* 1805. 4.

I. S. Kerner's *Befchreibung und Abbildung der Bäume und Gefträuche, welche im Herzogth. Wirtemberg wild wachfen.* *H.* 1—6. *Stuttg.* 1788. 4.

P. Kitaibel *et Fr.* Waldftein *icones et defcriptiones plantarum rariorum Hungariae.* *Vienn.* 1802. *f. fol.*

C. Knauth *enumeratio plantarum circa Halam Saxonum fponte provenientium.* *Lipf.* 1687. 12.

I. B. Lamarck *Encyclopédie méthodique. Botanique*, *vol.* 1—4. *Paris* 1789—1796. 4.

A. B. Lambert *description of the genus Pinus. Lond.* 1803. *fol.*

I. D. Leers *flora Herbornensis. Herb.* 1775. 8.

F. W. Leysser *flora Halensis. Hal.* 1783. 8.

S. Liljeblad *utkast til en svensk flora. Upsal.* 1798. 8.

H. F. Link *florae Göttingensis specimen. Gott.* 1789. 8.

C. Linnaei *supplementum plantarum. Brunsv.* 1781. 8.

—— *hortus Cliffortianus. Amst.* 1737. *fol.*

—— *flora lapponica, ed. I. E.* Smith. *Lond.* 1792. 8.

M. Lobelii *stirpium icones, vol.* 1. 2. *Antv.* 1581 — 1591. 4.

I. Loeselii *flora Prussica. Regiom.* 1703. 4.

Magazin für die Botanik, herausg. von P. Usteri, *St.* 1 — 12. *Zürich* 1787 — 1790. 8.

P. A. Matthioli *commentaria in Dioscoridem. Venet.* 1560. *fol.*

P. A. Michelii *nova plantarum genera. Flor.* 1729. 4.

R. Morison *plantarum historia universalis, vol.* 1 — 3. *Oxon.* 1680 — 1699. *fol.*

S. P. Pallas *species Astragalorum. Lips.* 1800. *fol.*

—— *haloph. illustrationes plantarum imperfecte vel nondum cognitarum, fasc.* 1 — 4. *Lips.* 1803 — 1805. *fol.*

C. H. Persoon *observationes mycologicae, vol.* 1. 2. *Lips.* 1796. 1797. 8.

—— *icones et descriptiones fungorum minus cognitorum.* 1. 2. *Lips.* 1800. 4.

—— *icones pictae rariorum fungorum.* 1. 2. *Paris* 1804. 4.

C. H. *Perſoon ſynopſis methodica fungorum.* Gott. 1801. 8.

Jac. Petiver herbarii britannici Raii catalogus cum ic. in Opp. vol. 2. Lond. 1764. *fol.*

Leon. Plukenet opera omnia, vol. 1—3. *Lond.* 1696. 4.

I. L. M. Poiret Encyclopédie méthodique. Botanique, vol. 5. 6. *Paris* 1804. 1805. 4.

I. A. Pollich hiſtoria plantarum in Palatinatu ſponte creſcentium, vol. 1—3. *Mannh.* 1776—1778. 8.

C. G. *Rafn Danmarks og Holſten's flora, D.* 1. 2. *Kiobenh.* 1796. 1800. 8.

I. Raji ſynopſis ſtirpium britannicarum. Lond. 1690. 8.

I. F. Rebentiſch prodromus florae neomarchicae. Berol. 1804. 8.

A. Rehfeldt hodegus botanicus menſtruus. Hal. 1717. 8.

A. I. Retzii florae Scandinaviae prodromus. Lipſ. 1795. 8.

— *faſciculi obſervationum* 1—6. *Lipſ.* 1774—1791. *fol.*

A. Q. Rivini introductio generalis in rem herbariam, c. ic. Lipſ. 1690. *fol.*

I. I. Römers Archiv für die Botanik, Th. 1—3. *Leipz.* 1796—1805. 4.

F. W. T. Roſtkovii diſſ. de Iunco. Hal. 1801. 8.

A. W. Roth tentamen florae germanicae, vol. 1—3. *Lipſ.* 1788—1800. 8.

— *catalecta botanica, vol.* 1—3. *Lipſ.* 1797—1806. 8.

— *neue Beiträge zur Botanik, Th.* 1. *Frkf.* 1802. 8.

O. *Rudbek campi elyſii, lib.* 2. *Upſal.* 1702. *fol.*

H. B. Rupnii *flora Ienensis, ed.* A. Haller. *Ien.* 1745. 8.

I. C. Schäffer *fungorum Ratisbonensium icones, t.* 1—4. *Ratisb.* 1762—1770. 4.

C. Schkuhr's *botanisches Handbuch, Th.* 1—3. *Wittenb.* 1791—1803. 8.

—— *Kryptogamische Gewächse.* H. 1. 2. *Leipz.* 1804 1805. 4.

C. C. Schmidel *icones plantarum et analyses partium. Norib.* 1762. *fol.*

F. W. Schmidt *flora boëmica, cent.* 1—4. *Prag.* 1793. 1794. *fol.*

H. A. Schrader *spicilegium florae germanicae. Hannov.* 1794. 8.

—— *commentatio super Veronicis spicatis L. Gott.* 1803. 8.

—— *Journal für die Botanik,* 1799—1807. *Gött.* 8.

—— *neues Journal für die Botanik.* 1. 2. *Erf.* 1805. 1806. 8.

F. de Paula Schrank *primitiae florae Salisburgensis. Frcf.* 1792. 8.

—— *Reise nach den südlichen Gebirgen von Bayern. München* 1793. 8.

I. C. D. Schrebers *Beschreibung und Abbildung der Gräser. Leipz.* 1769. *fol.*

—— *observationes de Phasco. Lips.* 1770. 8.

C. F. Schultz *prodromus florae Stargardiensis. Berol.* 1806. 8.

C. F. Schumacher *enumeratio plantarum in partibus Saellandiae septentrionalis. Havn.* 1801. 8

I. A. Scopoli *flora Carniolica, tom.* 1. 2. *Vienn.* 1772. 8.

I. Sibthorp *flora Oxoniensis. Oxon.* 1794. 8.

I. E. Smith *flora britannica, ed. I. I.* Römer, *vol.* 1—3. *Turic.* 1804. 1805. 8.

—— *plantarum icones hactenus ineditae, fasc.* 1—3. *Lond.* 1789—1791. *fol.*

W. Sole *Menthae britannicae. Bath.* 1798. *fol.*

C. K. Sprengels *entdecktes Geheimnifs der Befruchtung. Berl.* 1793. 4.

K. Sprengels *Anleitung zur Kenntnifs der Gewächse. Th.* 1—3. *Halle* 1802—1804. 8.

I. Sturm, *Deutfchlands Flora in Abbildungen nach der Natur. Abth. I. Heft* 1—18. *Abth. II. H.* 1—8. *Nürnb.* 1798—1806. 12.

Svenfk botanik, utgifven af I. W. Palmftruch, *med Text författad af C.* Quenfel, *B.* 1—4. *Stockh.* 1800—1806. 8.

O. Swartz *difpofitio methodica mufcorum frondoforum Sueciae. Erl.* 1799. 8.

I. Tabernaemontani *new vollkommentlich Kreuterbuch. Frcf.* 1613. *fol.*

I. L. Thuillier *la flore des environs de Paris.* 1799. 8.

H. I. Tode *fungi meklenburgenfes felecti. Luneb.* 1790. 4.

I. P. Tournefort *inftitutiones rei herbariae, vol.* 1—3. *Paris* 1719. 4.

Transactions of the Linnean fociety, vol. 1—7. *Lond.* 1791—1805. 4.

L. Trattinick *fungi auftriaci. Vienn.* 1805. 4.

D. Turner *mufcologiae Hiberniae fpicilegium. Yermouth* 1804. 8.

S. Vaillant *botanicon Parifienfe. LB.* 1726. *fol.*

I. P. Vaucher *hiftoire des conferves d'eau douce. Genève* 1803. 4.

Villars *hiftoire des plantes de Dauphiné, vol.* 1—3. *Grenoble* 1786. 1788. 8.

C. E. *Weigel observationes botanicae.* Gryph. 1772. 4.

F. G. *Weis plantae cryptogamicae florae göttingensis.* Gott. 1770. 8.

C. L. *Willdenow species plantarum, vol.* 1—8. Berol. 1797 - 1806. 8.

—— *prodromus florae berolinensis.* Berol. 1788 8.

W. *Witherings arrangement of british plants, vol.* 1—4. Birmingh. 1796. 8.

I. F. *Wohlleben supplementum ad Leysseri floram halensem.* Hal. 1796. 8.

I. F. *Wolff commentatio de Lemna.* Altorf 1801. 4.

INDEX GENERUM.

INDEX SYNONYMORUM.

PLANTARUM RARIORUM TEMPORA ET LOCA.

Martio et Aprili.

In rupibus ad Cröllwitz. *Targionia hypophylla.*
— nemusculo ad Seeben. *Marchantia conica.*
— rivulis ad Bölberg. *Chryſoſplenium oppoſitifolium.*
— der Heide. *Fumaria fabacea, Halleri.*
— vineis ad Bennſtädt. *Seſsleria coerulea.*
— nemoribus humidis ad Schkeuditz et ad Schraplau. *Leucoium vernum.*
— palude ad Schmon. *Eriophorum vaginatum.*
— montoſis ad Leimbach. *Gentiana acaulis.*
— ſylvaticis ad Lodersleben. *Oxalis Acetoſella.*
— ——— Bitterfeld. *Ribes nigrum.*

Maio.

Auf dem Pfännerholzplatz. *Poa dura.*
In rupibus ad Cröllwitz et Giebichenſtein. *Draba muralis. Androſace elongata.*
— nemusculo der Rabeninſel. *Cardamine amara.*
— inundatis auf dem Dölauer Wege. *Montia fontana.*
— campis ſabuloſis bei der Heide. *Spergula pentandra.*
— pratis ad Seeben. *Eriophorum anguſtifolium.*
— foſſis ad Dieskau. *Carex Pſeudo-Cyperus.*
— palude Lieskau. *Salix repens, fuſca.*
— collibus calcareis ad Bennſtädt, Kölme. *Hippocrepis comoſa. Cineraria campeſtris. Thlaspi perfoliatum.*
— agris ad Hohenthurm. *Veronica acinifolia.*
— ——— Wansleben, Gutenberg. *Veronica praecox*

In nemoribus ad Erdeborn, Hornburg. *Cypripedium Calceolus. Tulipa ſylveſtris. Lathraea Squamaria. Actaea ſpicata. Trientalis europaea.*
— ſylvis ad Lodersleben et Schmon. *Orchis pallens. Pyrus torminalis. Sambucus racemoſa. Salix pentandra.*
— colle nemoroſo ad Schochwitz. *Comarum fragarioides.*

Iunio.

In locis vadoſis ad Barths Weinberg. *Ranunculus reptans.*
— prato ad Nietleben. *Leontodon lividus.*
Ad Giebichenſtein. *Trifolium ſcabrum. Siſymbrium Löſelii.*
In campis ſabuloſis pone Kröllwitz. *Trifolium ſtriatum.*
— der Heide. *Carex elongata, Buxbaumii. Polygala amara.*
— nemoribus Zorgs et Lindberg. *Galium glaucum. Viola mirabilis. Mercurialis perennis.*
— nemoribus ad Gutenberg. *Ophrys myodes.*
— pratis ad Gutenberg. *Carex Davalliana, ſpicata.*
— Mittelholz. *Silene Armeria. Iuncus ſpadiceus.*
— der Abatiſſine. *Melittis Meliſſophyllum.*
— pratis ad Dölau. *Orchis coriophora.*
— palude ad Lieskau. *Carex paradoxa.*
— ——— Dieskau. *Carex paniculata.*
— pratis ad Döllnitz et Liebenau. *Carex brizoides. Iris ſibirica. Gladiolus communis. Cardamine Impatiens, hirſuta. Euphorbia amygdaloides.*
— campis ſabuloſis ad Merſeburg. *Aſtragalus arenarius.*
— vineis ad Bennſtädt. *Poa alpina. Galium ſcabrum. Roſa rubiginoſa.*
— collibus calcareis ad Kölme. *Helianthemum Fumana, vineale. Hieracium florentinum.*

Ad Querfurt. *Iris pumila. Thlaſpi alpeſtre.*
In nemoribus ad Erdeborn. *Poa ſudetica, trinervata. Melica uniflora. Iris ſibirica. Orchis fuſca, variegata. Roſa ſpinoſiſſima.*
— agris ad Hornburg et Eisleben. *Arenaria verna. Siſymbrium Irio.*
— pratis bei Rothenburg. *Ranunculus hirſutus.*
— ſylvis ad Lodersleben. *Feſtuca ſylvatica. Spiraea Aruneus. Rubus ſaxatilis. Epipactis Nidus avis. Cymbidium Corallorrhiza.*
— agris ad Mücheln. *Adonis aeſtivalis.*
— Hackenholz bei Branderode. *Tragopogon porrifolius.*
— collibus ſabuloſo - calcareis ad ripas der Unſtrut. *Bupleurum longifolium. Aſtrantia maior. Athamanta Libanotis. Iſatis tinctoria. Sinapis nigra.*
— prato ad Benndorf et in ſylva Sprödenſi. *Arnica montana.*
— nemoribus paludoſis ad Bitterfeld. *Comarum paluſtre. Geniſta ſagittalis.*

Iunio et Iulio.

Ad ripas Salae. *Potentilla ſupina.*
In collibus ad Kröllwitz. *Trifolium ſtrictum.*
— montoſis, ſiccis. *Trifolium ſpadiceum, filiforme.*
— nemore, Mittelholz. *Scorzonera roſea. Orobanche maior.*
— aquis ſtagnantibus ad Schkopa. *Nymphaea alba.*
— ————— Kölme. *Scirpus pauciflorus.*
— vineis ad Kölme et Müllerdorf. *Braſſica orientalis. Plantago Wulffenii.*
— dumetis ad Wettin. *Roſa alba.*
— pratis ad Liebenau. *Euphorbia dulcis. Thalictrum anguſtifolium.*
— collibus ad Rolsdorf, Erdeborn. *Oxytropis piloſa.*

In collibus ad Karsdorf. *Oxytropis montana.*
— ——— Schmon. *Prenanthes muralis. Scorzonera humilis.*
— nemore Reuſsen bei Möncherode. *Ophrys arachnites.*
— ſepibus ad Trebnitz. *Lactuca viroſa, ſaligna.*
— collibus ad Trebnitz. *Orchis uſtulata.*
— palude ad Löberbach. *Vaccinium Oxycoccos.*
Ad lacum ſalſum. *Sedum Cepaea.*

Iulio.

In pratis ad Paſſendorf. *Trifolium dentatum.*
— dumetis pone Kröllwitz. *Campanula bononienſis.*
— ruderatis ad Zſcherben. *Verbaſcum pulverulentum.*
— pratis ad Nietleben. *Orchis paluſtris.*
— verſuris agrorum pone Nietleben. *Aſtragalus hypoglottis.*
— der Heide. *Vicia caſſubica.*
— nemore Zorgs. *Malva Alcea. Aira flexuoſa.*
Im Trothaiſchen Werder. *Malva moſchata.*
In pratis humidis ad Bennſtädt. *Bromus erectus.* ad Seeben. *Hieracium paludoſum*; ad Neukirchen, *Teucrium Scordium*; ad Radewell, *Gratiola officinalis. Polygonum minus.*
— palude Lieskavienſi. *Iuncus ſubverticillatus.*
Ad ſtagna Dieskau. *Selinum paluſtre. Scirpus ſetaceus, caeſpitoſus, acicularis.*
In aquis lente fluentibus ad Kollenbey et Schkopa. *Senecio paludoſus. Myriophyllum verticillatum.*
— nemoribus pone Gutenberg. *Teucrium Scorodonia. Laſerpitium latifolium. Aiuga pyramidalis. Dianthus plumarius. Agroſtis arundinacea. Veronica folioſa.*
Ad Löbejün. *Imperatoria Oſtruthium.*
In arvis arenoſis ad Weſtewitz. *Gnaphalium luteo-album*; ad Wettin, *Nigella damaſcena.*

Ad lacus falfos. *Arenaria marina. Samolus Valerandi.*
In collibus herbidis ad Alsleben. *Hieracium praemorfum.*
— nemusculo prope Fienftädt. *Aconitum Lycoctonum.*
— Sala prope Trebnitz. *Cicuta virofa.*
— pratis ibidem. *Oenanthe peucedanifolia.*
— collibus calcareis Mansfeldiae. *Salvia fylveftris. Clematis Vitalba. Teucrium montanum. Hypericum Kohlianum. Thrincia hirta. Sefeli Hippomarathrum.*
Ad Seeburg. *Orobanche coerulea.*
— Erdeborn. *Marrubium peregrinum, creticum. Leonurus Marrubiaftrum. Orobanche elatior.*
— Schmon. *Pyrola umbellata, uniflora. Sonchus alpinus. Centaurea montana. Epipactis pallens. Iuncus fubverticillatus.*
— Lodersleben. *Vicia dumetorum, fylvatica.*
In agris ad Schraplau. *Teucrium Botrys. Gentiana Cruciata.*
Ad montem ferenum. *Cnicus eriophorus.*
Inter fegetes ad Mücheln et Lützen. *Iberis amara.*
In fylvis ad Ebersrode. *Lathyrus fylveftris.*
— collibus ad ripas der Unftrut. *Coronilla coronata.*
Ad Holzweifsig. *Silene baccifera;* ad Hornburg, *Sideritis montana.*
In palude ad Benndorf. *Tofieldia paluftris. Drofera intermedia. Gentiana Pneumonanthe.*

Augufto.

In pratis ad Schleufse. *Cyperus flavefcens, fufcus.*
— colle herbido prope Lettin. *Carduus cyanoides.*
— agris fabulofis prope Lettin. *Galeopfis grandiflora.*

In monte patibuli ad Giebichenſtein. *Campanula barbata.*

Ad ripas Salae. *Elatine Hydropiper.*

In pratis ad Nietleben. *Atriplex tatarica. Senecio tenuifolius.*

— pratis ad Liebenau. *Lathyrus paluſtris.*

— verſuris prope der Heide. *Centaurea ſolſtitialis.*

— palude ad Lieskau. *Aliſma ranunculoides.*

— nemore, Mittelholz. *Veronica ſpuria. Aconitum neomontanum.*

— collibus calcareis Mansfeld. *Euphraſia lutea. Aſter Amellus.* Freiburg. *Caucalis latifolia. Conyza ſquarroſa.* Prope Wallbeck. *Glaucium luteum.*

— pratis ſalſis ad Kölme et Rolsdorf. *Chironia pulchella, inaperta. Tragopogon maior.*

— pratis ad Karsdorf. *Gentiana uliginoſa.*

Im Gotthardsteich bei Merſeburg. *Aliſma natans.*

In foſſis ad Holzweiſig et Bitterfeld. *Stellaria glauca. Senecio aquaticus.*

— ſylva ad Lodersleben. *Carduus defloratus. Neottia ſpiralis.*

Ad Schmon. *Cineraria cordifolia.*

— Erdeborn. *Salvia nemoroſa.*

Septembri.

In Pratis ſiccioribus ad Gerbſtädt. *Gentiana Amarella.*

Octobri.

In vinea ad Rolsdorf. *Artemiſia ſalina.*

OMISSA.

Ad

n. 380. *Leucojum vernum,* frequens ad Schraplau.

n. 1280. *Marchantia conica,* vere 1806 copiose fructifera in nemusculo Seebensi.

n. 1323.

* 1770. Verrucaria leucocephala, crusta effusa tenui cinerea, tuberculis confertis prominentibus albo-pruinosis.

In cortice ulmorum annosarum in der sächsischen Lucke.

n. 1332.

* 1771. Baeomyces Papillaria, crusta effusa granulata exalbida, podetiis brevissimis ventricosis fistulosis subsimplicibus glabris albidis, cephalodiis terminalibus minutis badiis. *Lichen madreporiformis Wulff. Jacqu. coll. 3. t. 3. f. 2. (sed podetia magis divisa, quam apud nos occurrunt.)*

In argilla sterili, e porphyrite orta, unico loco am Abhange des Bischofsberges, cum Hypno rugoso.

n. 1354.

* 1772. Parmelia sophodes, crusta suborbiculari granulata cinereo-virente, scutellis planis confertis nigris, margine tumidulo crustae concolori.

Ad truncos salicum annosarum, im Zwinger hinter der Schulkirche.

n. 1380.

* 1773. Parmelia leptalea, thallo cinereo subtus albido nigro-fibrilloso, laciniis linearibus multifidis ciliatis, scutellis nigris margine subcrenulato albido.

In saxis nostris.

Ad
n. 1412.

* 1774. Peltidea polydactyla, thallo coriaceo expanſo viridi ſubtus venoſo fuſco-fibrilloſo, lobulis elongatis attenuatis, peltis anticis oblongis fuſcis. *Hofm. pl. lichen. t. 4. f. 1. Sturm. II. 3.*

In rupibus ad Kröllwitz.

n. 1421.

* 1775. Conferva pectinalis, filamentis ſimplicibus tenuiſſimis ſpurie geniculatis, confertim ſtriatis, articulis utrinque globuliferis. *Müller nov. act. petrop. vol. 3. t. 1. f. 4—7. Dillw. t. 24.*

In Sala fluvio ad ligna. — Nec C. fontinalis nec C. bronchialis varietas; peculiaris certo ſpecies.

n. 1422. *Conferva frigida*, vere 1806 copioſe in umbroſis horti botanici.

n. 1436.

* 1776. Conferva genuflexa, filamentis viridibus ſimplicibus aequalibus, demum genuflexis, articulis cylindricis, granulis maculam irregularem linearem formantibus. *Dillw. t. 6.*

Cum C. quinina et decimina ſatis frequens.

* 1777. Conferva bipunctata, filamentis hyalinis anguſtiſſimis ſimplicibus rectis geniculatis, articulis granulorum maculam ſubradiatam duplicem continentibus. *Vauch. t. 7. f. 2. 4. (opt.) Dillw. t. 2.*

In aquis ſegnibus cum C. quinina, primo adſpectu diſtinguenda, quum ſemper fila ſint multo anguſtiora.

n. 1501.

* 1778. Sphaeria episphaeria, ſparſa pallida paraſitica, ſphaerulis minutiſſimis ſubcom-

Ad

n. 1501. pressis cristatis flaccidis. *Tode fung. meckl. t.* 11. *f.* 89.

In Sphaeria Stigmate et spermoide.

n. 1511. *Sphaeria Gnomon Todii* (*t.* 16. *f.* 125.) omnino differt a Sph. *tubaeformi.* Illa apud nos in caulibus aridis Chaerophylli bulbosi, tota atra, semper collapsa. Sph. tubaeformis vero in foliis aridis, cum epidermide adsurgens, ochracea, quandoque collapsa.

* 1779. Sphaeria pulchella, circinnata nuda, ostiolis longissimis flexuosis.

Inter corticem et liberum prunorum.

* 1780. Sphaeria pomiformis, gregaria minuta atra, sphaerulis pomiformibus subrugulosis, ostiolo papillaeformi. *Pers. ic. pict. t.* 5. *f.* 4. 5.

In ramis aridis.

n. 1557.

* 1781. Stemonitis ovata, capillitio laxo subrotundo, stylidio ad medium fere penetrante.

Ad putrescentes truncos.

N. *Stemonitis elongata Willd. in Usteri's Mag.* 4. *t.* 3. *f.* 10. est hybernaculum insectorum.

n. 1559.

* 1782. Licea psammitica, sparsa, peridio albido inciso, pulvere fusco. *n. sp.*

In psammite fatiscente martiali ponc Nietleben.

n. 1574. *Aecidium columnare.* Varietas huius in foliis Asclepiadis Vincetoxici occurrit.

Ad

n. 1645.

* 1783. AGARICUS TEPHROMELAS, acaulis refupinatus ater, lamellis craffis cinereis. *n. fp.*

In truncis pinuum putrefcentibus. Elegans fungillus lineolam latus, femel a me in der Heide lectus.

n. 1666.

* 1784. BOLETUS MOLLIS, caefpitofus mollis rugofus incarnato-pallidus, poris fubflexuofis albidioribus.

In truncis pinuum.

n. 1737.

* 1785. PEZIZA ATOMARIA, gregaria hemifphaerica glabra feffilis pallida minutiffima *n. fp.*

Ad truncos abietum.

n. 1751. *Racodium rupeftre*, ex aqua de rupibus ftillante et in gelatinam abeunte miro modo oritur. Dum fenio exaruit, obtegitur gelatina lactea, fporulis pellucidis ovalibus conflata; quae poffet novam conftituere *Stilbofporam parafiticam?*

n. 1756.

* 1786. MONILIA AUREA, caefpitofa aurea.

In ligno putrefcenti. Media inter Confervam et Moniliam.

n. 1761.

* 1787. DEMATIUM CILIARE, fparfum atrum erumpens, filis confertis fubbulbofis fimplicibus filiformibus.

In ramis ficcis. Mentitur Sphaeriam oftiolis longiffimis, fed fila multo molliora, quam folent oftiola Sphaeriarum effe.

Bei d·m Verleger dieſes Werks ſind in jetziger Leipzig. Oſtermeſſe 1806 noch folgende neue Sachen erſchienen:

Ciceronis opera philoſophica, ex editione Daviſii edid. Rath, Tomus III. ſive Academica.

(Dies Werk wird ununterbrochen fortgeſetzt, und ſo das gelehrte Publikum einen ſchönen Abdruck der Daviſiusiſchen Ausgabe von Cicero's philoſophiſchen Werken erhalten.)

Journal, für Prediger, 50ſter Band, oder Neues Journ. für Prediger, 30ſter Bd. gr. 8. 1 thl. 8 gr.

(Dieſer Band enthält zugleich das Regiſter über den 30ſten bis 50ſten Band.)

Krug, topographiſch-ſtatiſtiſches Wörterbuch ſämmtlicher Preußiſcher Staaten, 2ter Band.

(Der Pränumerationspreiß jedes Bandes von 50 Bogen iſt 1 thl 20 gr., der nachherige Ladenpreiß 2 thl. 8 gr.; Schreibpapier, jeder Band 16 gr. theurer.)

Rothe, D. J. F., chemiſche Unterſuchung der Mineralquellen bei Mollendorf in der Grafſchaft Mansfeld. 8.

Sprengel, C., Florae halenſ. tentam. nov. 8. cum XII. Tab. aeri incif. 1 thl. 18 gr. Schrbpp. 1 thl. 22 gr.

(Die Kupfer ſind meiſterhaft von Hrn. Sturm in Nürnberg nach der Natur gezeichnet und geſtochen. Wem damit gedient iſt, dieſe Kupfer illuminirt zu erhalten, kann ſie gegen Michaelis dieſes Jahr umtauſchen, da ſie während des Sommers nach friſchen Exemplaren illuminirt werden ſollen.)

Seit kurzem erſchien bei demſelben:

Ballads and Songs chiefli taken from Dr. Percy reliques of ancient poetry. gr. 8. 1 thl. 4 gr.

Barthez, P. J., Neue Mechanik der willkührlichen Bewegungen des Menſchen und der Thiere.

Aus dem Französischen übersetzt von C. Sprengel. gr. 8. 1 thl. 8 gr.

Ciceronis Opera philosophica, ex editione Davisii, edid. Rath. gr. 8. Tom. I. et II. 3 thl. 22 gr.

—— de officiis librorum trium descriptionem ad facil. eorum intellig. in brevi Conspectu posuit R. G. Rath. 4. 12 gr.

Euripidis Hecuba ex recens. F. Hermanni, Animadversionibus et indice copioso instruxit W. Lange. 8 maj. 22 gr.

Krug, L., topographisch-statistisches Wörterbuch sämmtlicher Pr. Staaten. 1. B. gr. 8. 2 thl. 8 gr.

Meyer, J. G., Anleitung zum Kopfrechnen. Ein Handbuch für Lehrer in Bürgerschulen. 8. 16 gr.

Othello the Moor of Venice by W. Shakespeare, with notes for the use of lectures. gr. 8. 10 gr.

Senff, C. F., nonnulla de incremento ossium embryon. in primis graviditat. temporib. gr. 4. 1 thl.

Sprengel, C., Anleitung zur Kenntniß der Gewächse, in Briefen. 8. 2 Bde., schwarz 3 thl., illuminirt 4 thl.

—— dessen 3ter Band, schwarz 2 thl. 12 gr., illuminirt 3 thl. 12 gr.

—— Beschreibung des botanischen Gartens zu Halle, mit Anhang. 8. 18 gr.

—— Geschichte der Chirurgie. 1ster Band. gr. 8. 1 thl. 18 gr.

Voigtel, J. T., Handwörterbuch der deutschen Sprache, mit besonderer Rücksicht auf die Synonymen derselben. gr. 8. 2 thl. 14 gr.

Xenophontis Symposion Textu recognito in usum praelectionum seorsim edidit W. Lange. Adjuncta est locorum Symposii difficiliorum explicatio et censura. 8. 6 gr.

Der Buchbinder

wird hierdurch angewiesen:

1) den hieran befindlichen Viertelsbogen vor die Kupfer zu binden;

2) das Verzeichniß von neuen Büchern aber hinter dieselben zu kleben; und

3) den hierbei befindlichen Kartonbogen in seine acht einzelnen Blätter zu zerschneiden, die falschen am gehörigen Orte aber herauszuschneiden, und diese dafür gehörig einzuschieben.

Tab. I.



1. Veronica spuria.
2. foliosa.
3. longifolia.

J. Sturm fec.



1. Euphorbia Gerardiana.
2. Esula.

J. Sturm fec.

Tab. IV.



Euphorbia amygdaloides.

J. Sturm fec.

Tab. V.



Helianthemum vineale.

J. Sturm fc.

Tab. VI.



1. *Marrubium peregrinum.*
2. *creticum.*

J. Sturm fec.

Tab. VII.



Vicia dumetorum.

Jac. Sturm pinxit.

Tab. VIII.



1. Oxytropis montana.
2. Jungermannia dölaviensis.

J. Sturm fec.



Hypericum Kohlianum.

J. Sturm fec.

Tab. X.



1. Hieracium florentinum.
2. cymosum.

J. Sturm fec.

Tab. XI.



Carduus cyanoides. *Carduus mollis.*

J Sturm fec.

CURTII SPRENGEL

MANTISSA PRIMA

FLORAE HALENSIS,

ADDITA

NOVARUM PLANTARUM

CENTURIA.

HALAE
APUD C. KÜMMELIUM.
1807.

OBSERVATIONES

BOTANICAE

IN

FLORAM HALENSEM.

OBSERVATIONES BOTANICAE

IN FLORAM HALENSEM.

1. *Veronica hybrida*, ſpecie differre a *V. ſpicata* fere non videtur.

Primus, qui eas distinxit, *Caſp. Bauhinus* (*pin.* 246.) illam latifoliam, hanc anguſtifoliam nominat; icone autem expreſſit *Barrelierus* (*ic.* 682.) ut fere latitudine foliorum et erecto caule differat a V. ſpicata. Tum *Raius* (*ſyn. p.* 278.) Bugulae ſubhirſutum folium agnovit in V. hybrida, quo differre a V. ſpicata adſeverat. Poſtea *Linnaeus* (*flor. ſuec. ed.* 2. *n.* 11.) in inſula lacus Maeleri invenit Veronicam, caule erecto ſpithameo, foliis oppoſitis obtuſe ſerratis ſcabris, quam *hybridam* nominavit. Eam tamen in *ſpec. plant.* aliter definivit, caule nimirum adſcendente, quem alioquin erectum nominaverat. *Willdenowius* etiam largitur huic ſpeciei folia ovata acuminata in petiolum attenuata, qualia fere in V. ſpicata occurrunt. Icon, quam exhibet (*Schrad. diar.* 1799. 2. *tab.* 3.) ſiſtit plantam a V. ſpicata quidem diverſam foliis latioribus, ſed culta planta eſt, non ſpontanea. *Smithius* (*flor. britann.* 1. *p.* 16.) qui rariſſime ad montium latera inveniri adfirmat, differre arbitratur ſtatura altiore omnibusque partibus maioribus. Tandem egregius *Schraderus* (*comm. de Veronic. p.* 22.) folia radicalia ovata petiolata *V. hybridae*, oblongo-obovata in petiolum decurrentia *V. ſpicatae*, illi folia caulina elliptico-oblonga, huic oblonga verſus baſin attenuata adiudicat,

Quae quidem differentiae, si pro varietate soli curatius examinantur, haudquaquam ad quodvis individuum quadrare videntur. V. enim spicata in apricis montosis, ut solet, crescens angustiora habet folia, multo latiora, dum nemora accolit. Pubes etiam variat, villi enim qui canitiem V. spicatae producunt, sensim evanescunt, dum in nemoribus provenit, ubi viridis potius superficies cum maiore altitudine et latitudine partium omnium apparet. Itaque cum *Samuele Liljeblad (svensk flor. p. 8.)* varietatem habeo potius V. spicatae quam peculiarem speciem.

*2. Scirpus fluitans, culmo radicante folioso, foliis fasciculatis, spica terminali sub 4-flora. *Fl. dan.* 1082.

Ad lacum Kölmensem.

3. *Schoenus albus*, *Vahlio* monente (*Enumer. plant.* 2. *p.* 236.) ad *Rhynchosporam* potius pertinet: genus, quod a Schoeno maxime differt stylo persistente rigido, qui in Schoeno deciduus est. Ab hac specie cum *Linnaeo* plures differre arbitrantur *Schoenum fuscum*, quem in palude *der Heide, zwischen Lieskau et Dölau* invenies. Differre autem dicitur tum fusco florum colore, tum statura minore, maxime vero involucris fasciculos superantibus: quam quidem differentiam *Schraderus* inprimis ursit (*flor. germ.* 1. *p.* 111.). At vero collabitur fere utraque species, pro soli differentia: ipsa enim Rhynchospora alba fuscum acquirit colorem et minorem staturam, dum in nemorosis umbrosis paludibus crescit. Culmi sunt teretiusculi vel subtrigoni, folia setacea subcanaliculata in utraque.

*4. Schoenus ferrugineus, recens inventus primum a *Schwägrichenio*, prof. Lipsiensi et amico optimo, tum a me ipso, *auf der Benndorfer Wiese am Löberbach*, cum Tofiel-

dia paluſtri et Gentiana Pneumonanthe. Optime autem ſic definitur: Sch. *culmo tereti nudo, ſpiculis ſubgeminis, involucri valvula altera ſpiculas aequante.* Differentiam inter Sch. ferrugineum et nigricantem, cum quo ſaepius commutatur, *Linnaeus* primus (*flor. ſuec.* 2. *n.* 40.) hanc ſtatuit: ferrugineum ſexies fere breviorem eſſe et graciliorem: ſpicas ſolummodo geminas, quum Sch. nigricans habeat ad ſex usque ſpiculas: involucri valvam alteram eſſe longiſſimam, ſpiculas ſolummodo aequantem, non excedentem. His addidit *Schraderus* (*flor. germ.* 1. *p.* 115.); ſetis obvallatum eſſe ſemen in Sch. ferrugineo, deſtitutum autem in Sch. nigricante. Totus omnino habitus diverſiſſimus eſt. Sesquipedalis eſt nigricans, foliis digitalibus: vix pedalis Sch. ferrugineus, foliis uncialibus: ſpiculae illius aggregatae craſſiores, huius binae ſolummodo et graciliores: valva involucri in illo longiſſima, in hoc involucrum aequans.

5. *Panicum verticillatum, glaucum et viride*, a *Linnaeo* eiusque ſectatoribus non optime distinguuntur. Spica enim verticillata, quae P. verticillatum inſignire dicitur, ſubinde etiam in P. viridi adeſt. Involucella in omnibus modo uniflora, modo bi-, modo triflora. Nil itaque ſupereſt, niſi ad ſetarum, quae involucrum faciunt, indolem reſpicere. Setae enim deorſum hiſpidae in P. verticillato, ſurſum in glauco et viridi. Utrumque ultimum differt ſeminibus, quae in glauco transverſim undulato-rugoſa, in viridi vero nervoſa ſunt. (*Schrad. flor. germ.* 1. *p.* 241.)

6. *Phleum nodoſum* nil niſi varietas *Phl. pratenſis*, a quo differt ſolummodo culmis humilioribus adſcendentibus, racemo ſpicato breviori. Bulbi ceteroquin culmo inferne adnati etiam in Phl. pratenſi occurrunt; ſolum amat ſiccius, ad

nemorum margines, in collibus apricis provenit: quum Phl. pratenſe ſola paſcua humida praeferat.

7. *Phalaris phleoides*, eſt, monente *Wibelio* (*flor. werthem. p.* 125.), *Phleum Böhmeri*, quum glumae ſint truncatae mucronulatae. *Böhmerus* id primus (*flor. lipſ. n.* 602.) huic generi adiudicavit, ſequente *Kölero* (*gram. europ. p.* 52.).

8. *Agroſtis compreſſa* eſt varietas *A. albae*, quae a *vulgari* differt ligula oblonga, quae truncata eſt in *A. vulgari.* Ariſtula, quae infra apicem glumae internae obſcura eſt, nullo modo differentiam ſpecificam conſtituere poteſt.

9. *Agroſtis ſtolonifera* ad eamdem pertinet *A. albam*, a qua nullo modo differt.

10. *Holcus mollis* verus nusquam in flora halenſi exſtat. In ipſis enim nemusculis ad Löbejün, ubi indicatur, nil niſi *H. lanatum* invenimus. Ariſta eſt ſemper breviſſima incurva, glumam vix excedens, quum in H. molli multo longior et geniculata eſſe debeat.

*11. Holcus avenaceus, radice nodoſa tuberoſa, qui in nemusculis *Mittel-* et *Rockenhölz* provenit, eſt vera ſpecies: H. bulbosus *Schrad.* Namque culmi genicula villoſa in hoc, glabra in H. avenaceo, radix bulbifera in hoc, nodoſa duntaxat in H. avenaceo. Gramen nodoſum *Io. Bauhini* (*hiſt.* 2. *p.* 456.) quod ad ſaltuum margines et in agris ſiccioribus inveniri dicitur, omnino idem videtur. Huc etiam pertinet, licet male expreſſum, *Moriſoni* gramen avenaceum elatius, radice tuberculoſa (*hiſt. tom.* 3. *ſect.* 8. *tab.* 7. *f.* 38.).

*12. Poa serotina, quam *Leyſſerus* et alii Poam paluſtrem habent, alii vero cum P. pratenſi commutarunt, *Schradero* monente, omnino diverſa eſt. Poa paluſtris Linn. vere non

exſtat, ſed eadem eſt cum Leerſia oryzoide. A pratenſi autem differt ſerotina, culmo vaginisque ſcabris, quae glabra ſunt in P. pratenſi, deinde ſpiculis lanceolatis, quae oblongo-ovatae ſunt in P. pratenſi: denique panicula ramoſiſſima multo altiore, quae minus ramoſa in P. pratenſi. Floret a Iulio ad Septembrem, quum P. pratenſis a Maio ad Iulium reperiatur.

13. *Poa trinervata* eadem eſt ac *Feſtuca ſylvatica.*

14. *Feſtuca heterophylla* et *duriuscula*, quas *Schraderus* coniungit, omnino differunt. Illa enim habet folia radicalia triquetra pubeſcentia, haec filiformia glabra: illa paniculam ſubaequalem rariusculam, haec paniculam nutantem ſecundam: illa glumas patulas, haec glumas contractas appreſſas.

In nemoribus noſtris, ubi utraque adeſt, optime differentiam diiudicare poſſumus.

15. *Galium ſpurium*, non eſt, ſed potius *G. uliginoſum.*

Provenit autem copioſe ad nemorum margines pone Gutenberg.

16. *Parietaria officinalis* involucrum habet non ſeptemfidum triflorum, ſed diphyllum.

* 17. Lysimachia thyrsiflora, racemis lateralibus pedunculatis, caule ſimplici, foliis lineari-lanceolatis oppoſitis. *Fl. dan.* 517. *Engl. bot.* 176.

In foſſis ad Löberbach, hinter der Benndorfer Mühle, primum inventa a *Schwägrichenio* Ill.

18. *Selinum ſylveſtre* omnino adeſt in flora halenſi, nempe im *Loderslebenſchen Forſte bei den Teichen*, ubi creſcit non exigua copia. Selino paluſtri ſimillimum, differt tamen caulibus numeroſis ex una radice prodeuntibus,

quum illud caulem habeat folitarium; involucri univerfalis foliolis margine membranaceis, quum foliola S. paluftris fint anguftiffima. Utrumque crefcit ad orgyalem ftaturam.

19. *Laserpitium pruthenicum*, in pratis et paludibus fylvaticis copiofum, pilis orbatum, totum glabrum ut facile decipere poffit. Ita in prato paludofo ad pinetum *Sandersdorf* bei Bitterfeld copiofe occurrit cum Arnica montana, atque pro Athamanta Libanotide haberi poteft, nifi foliorum forma alia fuerit: nulla enim foliorum decuffatio, neque laciniae ovatae fed lanceolatae aut lineares.

20. *Cicuta virofa* copiofe im Löberbach bei *Paupitzfch an der Mühle*, unicus fere locus, ubi certo invenienda.

21. *Allium angulofum*. in pratis ad Wörmlitz et Ofendorf fatis copiofum, omnino idem eft cum A. petraeo umbellifero *I. Bauhin. hift.* 2. *p.* 564.

22. *Iuncus fubverticillatus* habet culmum non procumbentem fed fuberectum. Bene ceteroquin delineatur a *Morifonio vol.* 3. *fect.* 8. *tab.* 9. *fig.* 3.

Crefcit ad paludem Dölavienfem.

23. *Epilobium parviflorum* caulem habet non lanatum, fed pubefcentem.

24. *Acer Pfeudoplatanus*, folia habet non inaequaliter ferrata, fed dentata, fubtus pubefcentia.

25. *Monotropa Hypopitys*, fatis copiofe *in der Dölauer Heide rechts vom Wege*, fub pinubus provenit.

*26. Tormentilla reptans, monente *Schwägrichenio*, in nemoribus afperis omnino adeft, facile dignofcenda caule repente foliisque petiolatis.

27. *Comarum fragarioides*, optime defcribitur a *Io. Bauhino hift.* 2. *p.* 395. Folia habet fubtus fericea, petala calyce maiora.

Crefcit in aggere foffae vor der Breyhansfchenke.

28. *Comarum paluftre*, copiofe crefcit in paludibus ad Sandersdorf et Benndorf, fed ob foenifecium aegerrime florens invenitur.

29. *Helianthemum vineale*, fine dubio idem eft cum *H. marifolio*. Licet enim *Willdenovius* diverfiffimum utrumque habeat, nullae tamen certae adfunt differentiae, neque Ciftum marifolium ipfe vivum vidiffe fatetur. Caulis procumbens divaricatus, folia ovato-oblonga petiolata pilofa fubtus tomentofa in utroque. Figura *Cavan. icon.* 2. *tab.* 143. paullo elegantior natura: melior eft *Barrelieri tab.* 441. quae optime exprimit fpeciem in vineis Kölmenfibus obviam.

30. *Aconitum neomontanum*, haudquaquam ad Kertitz prope Delitzfch fponte crefcit, fed in horto colitur. Sponte autem et copiofe quidem provenit in fylva Loderslebenfi bei den Quellen.

31. *Thalictrum anguftifolium* non rarum eft in pratis humidis inter Kollenbey et Radewell, ut et ad Döllnitz.

32. *Mentha gentilis*, optime discernitur foliis ovatis petiolatis, calycibus bafi pedicellisque glabris: *M. gracilis* enim habet folia lanceolata fubfeffilia: *M. fativa* dentes calycinos hirfutos et *M. arvenfis* calyces undique hirfutos. *M. gentilis* optime invenitur in foffis pratenfibus ad Oftrau et Wederthau.

33. *Linaria arvenfis* rarior habet flores fpicatos, non racemofos, quibus facile dignofcitur a L. minore, fatis vulgari.

*34. Cochlearia Draba vera crefcit pone *Pfitzenburg bei Eisdorf, wenn man nach Wansleben geht.* Folia habet oblonga dentata amplexicaulia, fubtus pubefcentia: quum *Thlafpi campeftre* habeat fol. fagittata incana. Cochleariae Drabae filiculae funt acutae ftylo coronatae: Thl. campeftris fubrotundae emarginatae. Confuderunt autem et *Leyfferus* et *Rothius* utramque plantam; ad noftram vero pertinet Draba multis flore albo. *Io. Bauhin. hift.* 2. 939. et Dr. umbellata *Morifon fect.* 3. *tab.* 21. *fig.* 1. Sed apud *Clufium* non occurrit.

35. *Lathyrus monanthos* eft varietas *Ervi tetrafpermi.*

*36. Lathyrus Nissolia, rariffime crefcit ad marginem auftralem nemoris humidi pone Liebenau, qua itur ad Kollenbey. Facillime dignofcitur cirrhis nullis, foliis fimplicibus lineari-lanceolatis nervofis amplexicaulibus, ftipulis fubulatis, pedunculis fubbifloris.

37. *Lathyrus fylveftris*, verus, orgyali altitudine fcandens, invenitur in fylva Lödersleben fi, qua itur ad fontes. Dignofcitur a *L. latifolio*, cui fimilis, fol. enfiformibus acuminatis, non obtufis mucronatis et florum colore obfcure rubicundo, non rofeo.

38. *Lathyrus paluftris*, in faliceto links von dem Fufsfteige, der von Ofendorf nach Döllnitz führt, gegen dem Dreierhaufe über, fatis frequens.

39. *Vicia fylvatica*, flores non habet purpurafcentes, fed albicantes ftriis violaceis.

40. *Ervum tetrafpermum* foliola habet lanceolato-linearia cufpidata, non oblonga truncata. *E. hirfutum* folia retufa, non obtufa.

41. *Trifolium ftrictum*, copiofiffime invenitur in

collibus apricis et rupibus an der Bergſchenke in Kröllwitz und bis nach der Kreutzſchäferei hin. Caules adſcendentes circinnati laeves, unciales, digitales, palmares. Huc referendum *Tr. parviflorum* Ehrh. *Beitr.* 7. *p.* 165: quod alii male referunt ad Lagopodas, maleque ab hoc distinguunt. Tr. ſtrictum *Kitaib.* vero a noſtro discrepat. Maio floret.

42. *Trifolium medium* calyces habet glabriusculos, qui villoſi in *Tr. alpeſtri:* illud optime im Löbejüner und Merbitzer Holze: hoc in omnibus nemoribus.

43. *Trifolium ſpadiceum*, copioſiſſime in margine occidentali nemoris *die Lude* prope *Holzweiſig.*

44. *Medicago minima*, copioſe in rupibus apricis zwiſchen Kröllwitz und der Kreutzſchäferei.

45. *Hieracium dubium*, foliis ſpathulatis integris glaucescentibus glabris baſi ciliatis undulatis et ſcapo 2-, 3-, 4-floro ab H. Piloſella differt. In pratis ad Lodersleben frequens. *Fl. dan.*

46. *Carduus cyanoides* et *C. polyclonos*, vix ſpecie differunt. Caulis enim uni- aut multiflorus pro ratione loci: in clivulo aprico pone Lettin C. cyanoides pauciflorus eſt, non ramoſus: ubi vero paullum progreſſus fueris in nemusculum betularum, ramoſus evadit, multo altior, atque C. polyclono Sibiriae adeo ſimilis ut nullo modo discriminari poſſit.

47. *Arnica montana* copioſe in dem halliſchen Holze bei Merbitz, links vom Wege nach Löbejün: dein in prato paludoſo, dem Bruche zwiſchen Sandersdorf et Bitterfeld.

48. *Cineraria campeſtris*, umbella multiflora, foliis magis dentatis occurrit inter Leimbach et Lodersleben.

49. *Senecio paludoſus* copioſe zwiſchen Oſendorf

et Döllnitz et ad Liebenau. *S. sarracenicus* dubius.

*50. Centaurea phrygia, calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis indivisis asperis mucronato-serratis. *Fl. dan.* 520. *Schkuhr tab.* 261.

In sylva Loderslebensi an den Quellen satis copiose.

*51. Carex verna, spicis ♀ tribus oblongis distantibus, infima pedunculata, fructibus subrotundo-ovatis brevissime rostratis, ore obliquo, squamam ovatam obtusam aequantibus. *Schk. tab. L. f.* 46. *Ppp. f.* 156. *Ffff f.* 189. *C. nitida Host gram.* 1. *t.* 71.

In pratis ad Masslau, inter Merseburg et Schkeuditz.

52. *Carex caespitosa.* Varietas adest in palude Lieskaviensi, spicis ♀ superne ♂, ut fere C. thuringiacam referat.

53. *Carex Pseudo-Cyperus.* Spica summa fere semper androgyna, ut masculae inferiorem eius locum obtineant.

*54. Salix aquatica, foliis subserratis obovato-ellipticis pubescentibus subtus glaucescentibus, stipulis rotundatis dentatis. *Linn. fl. lappon. t.* 8. *f.* 9.

In prato paludoso inter Bitterfeld et Sandersdorf.

55. *Mercurialis annua.* Flores potius polygami: in ♀ flores simul ♂.

56. Lycopodium inundatum, monente *Schwägrichenio* Ill., in palude Dölaviensi vere invenitur.

*57. Aspidium Thelypteris, fronde subbipinnata, pinnis pinnatifidis subcrenatis basi distinctis decussantibus, laciniis margine revolutis acutis, punctis confluentibus. *Io. Bauhin. hist.* 3. *p.* 731. *Fl. dan.* 760. *Engl. bot.* 1018. *Schmi-*

del t. 11. *Bolton t.* 43. 44. *Schkuhr krypt. t.* 52.

Ad Benndorf beim Löberbach et ad Strenge rivulum prope Holzweiſig: ſed fructiferum fere nunquam.

*58. Polytrichum formosum *Hedw. ſpec. poſth. t.* 19 operculi baſi eleganter crocea in palude ad Seeben, primum inventum ab *Hübnero* pharmacopola.

*59. Orthotrichum crispum, *Hedw.* ad Betulas hinter dem Faſanenhauſe.

*60. Hypnum molle. *Dickſ. faſc. t.* 5. *f.* 8. *Hedw. ſpec. poſth. t.* 70.

In ſaxis im Schieſsgraben hinter der Schulkirche.

61. *Hypnum plumoſum, Hedwigii* non eſt, ſed *Turneri*, differt ab illo foliis non ſtriatis, ramulisque non bifariis.

*62. Hypnum nitens, trunco erecto, ramis breviſſimis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis ſtriatis, perichaetialibus longiſſimis. *Dill. t.* 39. *f.* 37.

Ad Benndorf beim Löberbach primus invenit *Schwägrichen.*

63. *Conferva toruloſa*, genicula non contracta habet, ſed articulos ſpurie geniculatos, ſtricturis germina faſciata continentibus. Cf. *Mohr in Schrad. Journ.* 1801. *tab.* 3. *f.* 1. 2.

*64. Rivularia elegans, globoſa ſubgelatinoſa, filamentis intra ſubſtantiam ſparſis dichotomis, ramulis geniculatis faſtigiatis ſubcurvatis. Batrachoſpermum intricatum *Vaucher t.* 12. *f.* 2 3. *Roth. catalect.* 3. *p.* 337. *Neue Beiträge* 1. *p.* 269.

Ad radices Hottoniae paluſtris in foſſa quadam pone Radewell.

*65. Coccochloridem stagninam nominare mallem organismum, qui in lacubus ad Dieskau, praesertim versus Radewell copiosus, ab omnibus algis differt. Continet enim in massa granulosa corpuscula sparsa oblonga, quae forte speciem propagant. Similis est *Linkiae pruniformis*, sed desunt filamenta vel curvata vel recta, per substantiam sparsa. An aetate mutata Linkia?

*66. Sphaeria capitata, clavula ovata badia, stipite longiusculo crasso, radice tuberosa. *Fl. dan.* 540. *Bolt. fung. t.* 130.

Rarissima haec species a me in nemore paludoso pone dem Fasanenhause inventa, summo mycologo *Persoonio* ignota est. *Oederus*, qui primus eam invenit, nominat *Fungum, difficulter ad ullum notorum generum referendum. Boltonius*, qui etiam rarissimum habet, vidit e poris capituli gelatinam exsudantem, quae mox in pulverem album abiit: nigricans autem evasit is pulvis, ubi in spiritu vini solvebatur. Basis fungi volva cingitur livido-atra; stipes est flavicans, striatus, subfistulosus; capitulum lurido-spadiceum, undique poris hiulcum, qui semper guttulis limpidis obtecti sunt. Sectum capitulum monstrat cavitates ovales cortici vicinas, radiatim dispositas. Ligno putrescenti innatus invenitur, altitudine unciali.

*67. Sphaeria granulosa, effusa lata nigra tenuis, sphaerulis globosis ad dimidium liberis, ostiolo minuto acuto. Cum *Sph. cohaerente* adeo congruit, ut vix differre videatur: fuscescit enim utraque, utraque subeffusa, sphaerulis turgidiusculis, ostiolis prominentibus.

*68. Scleroderma cervinum, α. granulatum *(Albertini et Schweinitz fungi Niesk. p.* 81.) Genus hoc facile a Lycoperdo, Bovista et Tubere distinguitur peridio suberoso indeterminatim rupto subtessellato. Haec spe-

cies eſt fere arrhiza palleſcenti-citrina obſolete ſquamoſa: ſed varietas granuloſa, quam *Albert.* et *Schwein.* primi memorant, in pineto *der Heide* inventa pallidiori colore, dum infans eſt, dignoſcitur. Icon *Bolt. fung. tab.* 116. mediocris eſt, et magis ad verum Scl. cervinum, quam ad varietatem hanc trahenda.

*69. Geastrum rufescens, ſtromate radiato-multifido rufeſcenti, peridio ſeſſili glabro globoſo pallidiori. *Schmidel tab.* 43.

Elegantiſſima haec ſpecies primum a *Schwieo* pharmacopola in foſſa quadam humida umbroſa pone *dem Faſanenhauſe* inventa, ſtromate craſſiuſculo, fere incarnato, diametri fere digitalis, dignoſcitur. Inſidet ii ſtromati globulus nucem iuglandem mole aequans, pallidior, pulvere refertus, apice rumpens.

*70. Lycogala flavum, gregarium globoſum ſeſſile flavum, pulvere filisque concoloribus.

In ramis putridis, cum Peziza hyalina. Globuli ſegregati, nodulos acuum aequantes, flavi, initio pulpoſi, dein pulvere concolori filisque tenuiſſimis intertextis repleti.

*71. Amanita viridis, pileo convexo obſcure viridi nudo glabro; lamellis ſtipiteque albis.

Non raro invenitur haec ſpecies in ſylva *der Heide*, inter folia deiecta: viridi colore volvae et pileo, lamellis autem ſtipiteque albidis ſtatim dignoſcenda.

*72. Amanita umbrina, pileo planiuſculo fuligineo verrucis lamellis ſtipiteque albis.

Ibidem cum priore ſed rarior.

*73. Amanita bulbosa, tota candida, pileo convexo, ſtipite elongato baſi bulboſo.

Insigni copia crescit in pinetis nostris, praesertim der Heide, *wenn man nach Lieskau geht.*

*74. Agaricus colubrinus (*Lepiota*), pileo campanulato squamoso pallescente, squamis maiusculis subrufescentibus, lamellis albidis liberis, stipite floccoso - villoso molli, annulo fugaci.

In pinetis. *Bolt. fung. tab.* 7. varietatem exprimit.

*75. Agaricus alutarius (*Lepiota*), pileo carnoso obtuse umbonato alutaceo glabro, lamellis liberis albido - incarnatis, stipite glabro, annulo laxo.

In agro ante Nietleben unico loco.

*76. Agaricus bicolor, (*Cortinaria*), pileo carnoso convexo violaceo, margine albido tomentoso, lamellis dilute violaceis, stipite crasso tuberoso tomentoso concolore.

In pinetis *der Heide.*

*77. Agaricus callochrous (*Cortinaria*), pileo latiusculo luteo, lamellis amoene purpurascentibus, stipite pallido bulboso, bulbo marginato.

Huc sine dubio *Ag. decolorans* pertinet, qui sola viscositate pilei diversus videtur.

In sylvaticis umbrosis obvius.

*78. Agaricus aeneus (*Gymnopus*), subcaespitosus, pileo subcarnoso umbonato fusco - aeneo, lamellis latissimis cinereo - pallidis, stipite solido apice squamuloso.

In pinetis.

*79. Agaricus ovinus (*Gymnopus*), gregarius, pileo carnoso subcampanulato rufescente glabro aut squamuloso, margine saepius inciso, lamellis distantibus latere venosis albido - cinereis, stipite cavo fuligineo.

Ibidem rarior.

*80. Agaricus aromaticus *(Gymnopus)*, pileo carnoſo lato obſcure cinnamomeo glutinoſo, lamellis iunioribus decurrentibus rufeſcentibus, ſtipite cavo. *Batſch fung. t.* 32. *f.* 188.

In pineto *der Heide* frequens.

Caules herbacei, ramosissimi, glabri. *Folia* copiosa, sesquipollicaria, tenuissime divisa in lacinias lineares pinnatifidas acutissimas, subincisas, glabras. *Rami* elongati nudiusculi uniflori. *Calyces* nudiusculi. *Radius* albus. *Paleae* minutissimae.

E Caucaso.

Ab A. Rudolphiana (*Adam. in Weber et Mohr Beytr.* 1. 72.) *abunde differt, licet folia similia sint. Illa enim* chrysanthema *est, caule unifloro, calycis squamis sphacelatis.*

76. Balbisia Caledoniae, umbellis proliferis, foliis lanceolatis petiolatis glabris.

Caulis suffruticosus erectus. *Folia* lanceolata, integra, glabra, petiolata, pollicaria, acuta, subtus squamulosa. *Pedunculi* terminales subumbelliferi; *umbellae* involucro tetraphyllo ovato suffultae, radio uno prolifero. *Calyx* simplex octophyllus. *Corollulae* radii luteae, incisae: disci fuscae. *Pappus* sessilis plumosus. *Receptaculum* paleaceum.

B. elongata *differt pedunculis elongatis unifloris, foliis ovatis dentatis utrinque hispidis.*

E nova Caledonia. *Forster.*

77. Buphthalmum australe, foliis oppositis ovatis triplinerviis, calycibus nudis corymbosis.

B. helianthoides. *Forst. prodr. n.* 304.

A vero B. helianthoide, *cuius folia simillima sunt, differt calycibus non foliosis, sed squamulis brevissimis obtusiusculis, corymbis etiam multifloris, et floribus multo minoribus, qui speciosi*

et solitarii, pedunculis oppositifoliis, in B. helianthoide sunt.

78. Coreopsis tannensis, foliis linearibus pinnatifidis acutis glabris, caule ftricto herbaceo ramofo, ramis unifloris.

Coreopfis. Tanna. *Forft. prodr. n.545.*

Caules plures ex una radice, fubpedales, glabri, ftricti, fili cannabini (*Bindfaden Ficelle*) mole. *Folia* radicalia et caulina omnino fimilia; pinnatifida, laciniis linearibus acutis, glabra. *Rami* apice nudi, uniflori. *Flores* magnitudine lentis, flavidi: radio tenuiffimo.

Ex Infula Tanna.

79. Centaurea pyrenaica, calycibus fcariofis, fquamis ovatis ciliato-ferratis, foliis linearibus integerrimis utrinque lanatis, caule fimpliciffimo unifloro.

Caulis in exemplari, quod coram habeo, fubdigitalis, fimpliciffimus, uniflorus, tomentofo-lanatus. *Folia* omnia linearia, integerrima, utrinque lanata, radicalia flaccida, fuperiora ftricta. *Calycis* fquamae omnino fcariofae, bruneae, margine albo ciliato-ferrato. *Corollulae* radii caerulеae, difci purpureae.

Ex alpibus pyrenaeis. *Hecht.*

Similis C. Cyano, fed folia omnia indivifa et calycis fquamae omnino fcariofae distinguunt.

80. Lethedon tannensis.

Nov. genus e Cl. XXII.

♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Antherae* 20—24. *Recept.* villofum.

♀ *Cal.* ♂ *Capf.* 5-locularis.

Locus inter Hamadryada et Xylofma.

Arbor videtur ingens, ramis cinereis fubtuberculatis. *Lignum* album, liber corticis ftupaceus

aut ſericeus, qualem et in *Pimeleae* ſpeciebus et aliis fruticibus arboribusque inſularum auſtralium animadverto. *Petioli* canaliculati, villoſiusculi. *Folia* lanceolata, tripollicaria, pollicem fere lata, integerrima, coriacea, nervoſa, acutiuscula, utrinque glabra. *Pedunculi* axillares, aggregati, cernui, angulati; ſericeo-villoſiusculi. *Calyx* fere clauſus, pentaphyllus, fulvus. *Antherae* 20 et ultra in calyce clauſa, ſtaminibus breviſſimis, *Ovarium* in ♀ obtuſum, 4-loculare. *Receptaculum* in utroque ſexu ſetoſo-villoſum.

Ex inſula Tanna. *Forſter.*

81. Terminalia coriacea, foliis obovatis coriaceis obtuſiſſimis baſi eglandulosis integerrimis utrinque glabris.

Poſſet omnino cum T. glabrata *Forſt. coniungi, ni folia aliena eſſent. Noſtrae enim coriacea flavida, bipollicaria, obtuſiſſima:* T. glabratae *vero membranacea, ſaturate viridia, quadripollicaria, duos pollices lata, apice attenuata obtuſiuscula.*

E Zeylona. *Rottler.*

82. Asplenium ambiguum, fronde pinnata, pinnis ſubpetiolatis lanceolato-falcatis attenuatis obtuſe ſerratis baſi anguſtatis, induſiis utrinque dehiſcentibus, ſtipite laevi.

Ex herbar. *Römeri Turic.*

Cum A. falcato *non confundendum, quod pinnas trapezoideo-falcatas habet (Burm. zeyl. p. 43.). Singulare in hoc, quod induſia utrinque dehiſcant, medium ergo locum inter Aſplenium et Caenopteridem (Daream Smith.) occupat.*

83. Grimmia Gebhardi, caulescens, foliis lanceolatis canaliculatis nervoſis ſiccitate ſubtortilibus, capſulae pyriformis erectae operculo curviroſtro.

In monte Baldo. *Gebhard.*

Poſſet cum Weiſia recurviroſtra *Hedw. commutari: at huius capſulae cylindricae et folia ſiccitate non tortilia.*

84. Grimmia canescens, trunco ſubramoſo, foliis lanceolato - acuminatis nervoſis, apice longo caneſcentibus, capſula cylindrica breviter pedicellata.

In rupibus Valleſiae. *Schleicher.*

A Grimmia apocarpa *facile distinguitur foliis omnibus apice producto caneſcenti.*

85. Didymodon tortilis, trunco erecto ſubſimplici, foliis lanceolatis nervoſis ſiccitate tortilibus, ſeta axillari, capſula curvata cylindrica.

In montibus Italiae borealis. *Gebhard.*

Similis Barbulae unguiculatae, *cum nulla alia ſui generis commutandus.*

86. Leskea extensa, trunco procumbente diffuſo, ramis erectiusculis, foliis ſiccitate appreſſis imbricatis lanceolatis acuminatis nervoſis, capſula erecta cylindrica.

In comitatu Glatz invenit *Seliger*, miſit *Starkius.*

A L. ſubtili, *cum qua confundi poſſet, diverſa foliis nervoſis, et capſulis erectis.*

87. Bryum Weigelii, trunco erecto ramoſo, foliis lanceolatis integerrimis nervoſis ſubdecurrentibus pellucidis patulis, ſeta elongata, capſula cernua cylindrica.

In Sudeticis montibus ad pagum Roth-Zechau invenit *Weigelius* Sileſiacus: miſit amiciſſimus *Starkius*, idem exiſtimans cum *Br. cubitali Dickſ. faſc. 2. 9. tab. 5. f. 2.* ſed huius folia ſagittata, capſula clavaeformis.

Maximum etiam habet Dickſonius inter Brya nota, quod in noſtrum non quadrat.

88. Hypnum Gebhardii, trunco vage ramoſo, ramis ſubſimplicibus incurvatis, foliis elongato-lanceolatis acuminatis ſecundis tortilibus integerrimis enerviis, ſeta curvata, capſula cernua longicolli.

In montibus Italiae borealis. *Gebhard.*

Ad H. molluscum *quodammodo accedit, ſed abunde diverſum habitu, foliis integerrimis tortilibus, ramorum diſpoſitione et ſeta conſtanter curvata.*

89. Hypnum rupestre, ſurculis erectis ſubſimplicibus, foliis ovatis obtuſiusculis integerrimis enerviis ſubſecundis, capſula nutante.

In monte Simplon ad rupes humidas invenit *Schleicher.* Nulli alii adfine.

90. Lecidea glauco-prasina *(Lepidoma)* cruſta eſſuſa imbricata lobata glauco-praſina, lobis minutis, patellulis fuſco-badiis mammillatis.

In cortice Laurus Caſſiae.

Locus inter L. luridam *et* ſcalarem.

91. Lecidea Cinchonae (Saphenaria) thallo membranaceo depreſſo ſinuato-lobato candido, patellulis convexis atris immarginatis.

In cortice Cinchonae Condamineae *Humb.*

Simillima L. Cocoës, *ſed patellulae non marginatae, non planae.*

92. Lecidea gyrophoroides (Omphalaria) thallo ſubmembranaceo umbilicato, margine eroſo, ſupra puſtulato cinereo, ſubtus lacunoſo lurido, patellulis planiusculis atris, margine et diſco ſubflexuoſis tricaeformibus.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

Accedit ad L. puſtulatam, *ſed colore thalli et patellularum forma differt.*

93. Verrucaria Cassiae. crufta laevi olivacea tartarea, verrucis papillatis rubro-fufcis.

In cortice Laurus Caffiae.

94. Parmelia Ludwigii (Lecanaria) crufta tartarea rimofa disperfa flavida, areolis convexis rotundatis, fcutellis tumidulis bruneo-nigris, margine pallido.

In montibus fudeticis invenit *Ludwigius*.

Accedit ad P. ventofam, *praefertim ad varietatem* P. lepadolemma: *differt tamen haec cruftae granulatae colore virefcente.*

95. Parmelia Cinchonae (Lecanaria) crufta tartarea fubfarinofa pallide flava, fcutellis elevatis planis nigris nitidis, margine et fubftantia fulfureis.

In cortice Cinchonae.

Locus inter P. coracinam *et* grumofam.

96. Parmelia inconspicua (Lecanaria) crufta tartarea disperfa cinereo-alba, fcutellis planis elevatis fordide incarnatis, margine tenuiffimo albido.

In cortice Cinchonae.

Locus inter P. crafpediam *et* falicinam.

97. Parmelia tumidula (Lecanaria) crufta tartarea fubeffufa alba verruculofa, verrucis fcutelliferis tumidis, fcutellis fufcis planiusculis.

In Cortice Cinchonae.

Locus inter P. fufcam *et* puniceam.

98. Parmelia Ceramium (Collema) thallo fubmembranaceo crifpo plumbeo, lobis inflatis, fcutellis urceolatis rufo-fulvis, margine integro.

In cortice Cinchonae.

Accedit ad P. bullatam *(Achar. n. 129.), quae vero thallo veficulofo differt et fcutellis convexis.*

99. Parmelia appressa (Lobaria) thallo membranaceo appreſſo glabro pallido lobato, lobis elongatis ſubintegris planis, ſcutellis planiusculis badiis.

In cortice Cinchonae.

Locus inter P. perlatam *et* perforatam.

100. Parmelia pensylvanica (Lobaria) thallo ſubcoriaceo expanſo lobato ſupra ochroleuco laevi ſubtus fuſco fibrilloſo, margine lobato, ſcutellis convexiusculis badiis.

E Penſylvania. *Mühlenb.*

CURT. SPRENGEL,

PROF. BOT. HAL.,

OBSERVATIONES BOTANICAE IN FLORAM HALENSEM.

MANTISSA SECUNDA.

HALAE
SUMTIBUS KÜMMELII 1811.

Triennium eſt, cum primum florae Halenſis ſupplementum edidi. Ex eo autem tempore meis minus quam amicorum ſedulitate novas flora noſtra divitias acquiſivit: ipſe melius notas plantas examinavi, loca natalia ſtudioſius inveſtigavi, dubiis plantis certiorem adiudicavi locum, variaque collegi, quae tironibus uſui eſſe ac rem herbariam augere exiſtimarem. Quae, divini illius praecepti: ἐργάζομεν, ἕως ἡμέρα ἐστὶν, memor, ne diutius in adverſariis lateant, divulganda ac examini publico ſubmittenda eſſe arbitratus

ſum. Maxime vero commendandum eſt Wallrothii, adoleſcentis eximii, ſtudium, qui, dum in ſchola Roſslebienſi aleretur, indefeſſa induſtria plantas rariores collegit, ac vix ex ephebis egreſſus rei herbariae ampliſſimam adeptus eſt ſcientiam.

1. Veronica spuria, fl. hal., manifeſto varietatem V. folioſae inveni: namque folia huius utplurimum inaequaliter ſerrata, ſi gracilior eſt habitus, aequaliter fiunt ſerrata. Itaque releganda eſt illa ſpecies e flora noſtra.

2. Veronica hybrida, fl. hal., quam in mant. prima n. 1. varietatem credidi V. ſpicatae, nequaquam ambigo pro eadem habere. Neque tamen inde veram Linnaeanam plantam huc trahendam eſſe exiſtimo, cum eam in horto cultam curatius obſervaverim. Diſtinguitur toto habitu et praeſertim foliis radicalibus ovatis petiolatis.

* 3. Utricularia minor, nectario carinato breviſſimo obtuſo, labio ſuperiori emarginato, foliis tripartito-dichotomis. *Pluken t. 99. f. 6. Boccon. muſ. t. 4. Schmidel t. 21. f. 1.*

In palude ad Benndorf. Maio. ♃

Utriculariam vulgarem, nectario conico, foliis pinnato-multipartitis, Bachius medicus in palude ad Weiſsenfels inveniſſe teſtatur.

4. Fedia dentata, ſcabritie et ſeriore antheſi ilico a F. olitoria dignoſcitur. Floret enim poſt ſolſtitium aeſtivale inter ſegetes. Primam rami fructiferi iconem exhibuit Fab. Columna *(ecphraſ. ſtirp. p. 209.)*, optimam *Fl. dan.* 738.

* 5. Schoenus fuscus, culmo teretiusculo folioso, foliis canaliculatis linearibus, floribus fasciculatis. *Engl. bot.* 1575.

In palude der Heide, links vom Dölauer Wege. Jun. ♃

Perperam in mant. 1. *n.* 3. *pro varietate Sch. albi (Rhynchosporae Vahl.) habui. Hic differt stylo persistente rostrato, qui caducus est in illo, staminibus tribus, cum duo habeat fuscus, setis subdenis ad basin germinis, cum fuscus habeat subternas. Tota planta tenerior albo, folia fere floribus longiora.*

* 6. Scirpus ovatus, radice fibrosa, culmo compresso nudo monostachyo, vaginis aphyllis glaucis obtusis, setis receptaculi senis. *Fl. dan.* 372.

Auf der grofsen Wiese bey Paffendorf. Iun ☉

N. Differt Sc. palustris maiore altitudine, radice repente, glumis acutis, setis receptaculi quaternis.

* 7. Panicum glabrum (*Syntherisma Schrad.*), spicis subdigitatis alternis, floribus geminis muticis scabris, altero pedicellato altero sessili, foliis vaginisque glabris. *Schk. t.* 10. *Schrad. fl. germ. t.* 3. *f.* 6.

Ad Oberriefsdorf auf dem Stoppelacker. Sept. ☉

Glabritie et humiliore statura a P. sanguinali differt. Os vaginarum cetero pilosum.

8. Holcus mollis, quem exulem habui in mant. 1. n. 10, vere occurrit ad Eisleben, am Kätherbölzchen, wenn man daffelbe zur linken Hand hat. *Bok.*

9. Festucam heterophyllam et duriusculam, fl. hal., vere eamdem esse, iam cum *Schradero*

ſateor. Namque ſedulo comparatis innumeris exemplaribus, et collatis cum *F. heterophylla Haenk.* [*Iacqu. coll.* 2. 93.] exploratum habeo, folia inferiora complicato-ſetacea vel triquetro-filiformia, culmea planiuſcula eſſe, plerumque glabra, interdum quoque pubeſcentia, glumas corollinas poſt antheſin patulas remotiuſculas, interiores ciliatas, ariſtulis varia longitudine, modo glumas aequantibus, modo excedentibus.

* 10. Bromus racemosus, paniculae erectae ramis ſimplicibus, ſpiculis oblongo-ovatis compreſſis ſubſexfloris glabriuſculis, glumis obtuſis, ariſtis rectis glumas aequantibus, foliis vaginisque piloſis. *Moriſ. vol. III. ſect.* 8. *t.* 7. *f.* 19. *Engl. bot.* 1079.

Auf den Wieſen von Eisleben nach Oberrieſsdorf unweit des Schielshauſes. Iun. ♂ *Bok.*

* 11. Avena orientalis, panicula ſecunda contracta, floſculis geminis glabris calyce minoribus, altero mutico, radice fibroſa annua. *Haller nov. comm. Gott. VI. t.* 4. *f.* 33. 34.

Inter ſegetes ad Eisleben. Iul. ⨀ *Bok.*

* 12. Avena tenuis, panicula aequali, calycibus ſubtrifloris, floſculis calycem excedentibus ſuperioribus triariſtatis, foliis ſubpubeſcentibus, ligula elongata. *Leers tab.* 9. *f.* 3.

Ad Eisleben im Kätherhölzchen, am sonnigen Abhange nach Wimmelburg. Iun. ⨀ *Bok.*

* 13. Arundo acutiflora, *Schrad.*, calycibus unifloris acuminatis, panicula patente, pilis corolla brevioribus, ariſtula dorſali geniculata calycem ſubaequante.

In nemoribus ad Lodersleben. Iul. ♃ *Wallroth.*

* 14. Arundo Calamagrostis, calycibus unifloris, arista terminali brevi curva, pilis corollae longioribus. *Engl. bot. t.* 403. *Schrad. fl. germ. t.* 4. *f.* 4.

In nemorosis ad Lodersleben. *Wallroth.*

Hanc et priorem cum A. epigeio olim commutatas ita distinguo, ut in A. ep. aristam dorsalem rectam, in A. acut. aristam dorsalem geniculatam, in A. Calam aristam terminalem curvam, in A. ep. pilos corollam aequantes, in A. acut. pilos corolla breviores, in A. Calam. pilos corolla longiores notem.

* 15. Galium tricorne *Smith*, spurium *L.*, Aparine *L.* et Valantia Aparine *L.*, quomodo differunt?

Galium spurium, fructu laevi, foliis subsenis lineari-lanceolatis retrorsum aculeatis, pedunculis subtrichotomis. Cf. *Roth neue Beytr.* 141.

Galium tricorne, fructu granulato, foliis suboctonis retrorsum aculeatis, pedunculis subtrifloris. *Vaill. t.* 4. *f.* 3. *aa.*

Valantia Aparine, fructu tuberculato, foliis suboctonis antrorsum aculeatis, pedunculis trifloris, floribus masculis pedicellatis, hermaphrodito neutro. *Vaill. t.* 4. *f.* 3. *b.*

Galium Aparine, fructu hispido, foliis octonis lanceolatis retrorsum aculeatis, pedunculis subbifidis. *Fl. dan.* 495. *Engl. bot.* 816. *Curt. n.* 17. *Lobel. stirp. obs.* 464.

Omnia haec quatuor sibi simillima inter segetes et in versuris vulgaria Iunio occurrunt. ☉

16. Plantaginis lanceolatae varietas memorabilis nuper ad Breitungen, in comitatu Stollbergensi a *Wallrothio* inventa, quam fusius describere libet.

Eſt plantula digitalis, foliis e radice fibroſa numeroſis in roſaceum caeſpitem congeſtis, exacte lanceolatis, utrinque attenuatis, ſupra minus, ſubtus magis piloſis, ceterum viridibus, trinerviis, margine tri-quadridentatis, longitudine pollicis unius, latitudine ſeſquilineae. Caeſpitis centrum occupatur lana candida longa denſa, qualis in Plantagine barbata, Wulffenii, et maritima occurrit. Scapus digitalis quadrangulus, rectus, pilis appreſſis aſper. Spica exacte ovata, nuda, bracteis calyces aequantibus.

Peculiaris ſpecies eſſe nequit, cum characterem totum *Pl. lanceolatae* ſervet, lana centrali et exigua ſtatura exceptis. Iconum ſeriem perluſtranti nulla obvia eſt omnino plantulam noſtram referens.

Ph. lanceolata I. Bauh. hiſt. III. 506. *f.* 1. ſimillima, ſed lana centralis deeſt.

Pl. minor Dodonaei Dalechamp. hiſt. 1255. ſimilis, ſed lana centralis deficit.

Pl. minor Dodon. pempt. 107. ſatis diſſimilis, ſpica etiam magis oblonga.

Pl. incana trinervia montana Columm. ecphraſ. 1. 258. *f.* 2. ſimilis, ſed denticuli foliorum et lana non adſunt.

Pl. anguſtifolia minima Zannichell. iſtor.

Provenit in colle arido ſaxoſo hinter dem Pfarrhauſe in Breitungen.

17. Plantago mea *Wulffenii* eſt mera varietas *Pl maritimae.* Sed examen meum occaſionem praebuit curatius inveſtigandae plantae, quam *Wulffenius* in *Iacqu. coll.* 1. 204. deſcripſit: haec enim iam peculiaris ſpecies, nomine *Pl. Wulffenii,* habetur. Sic error veritatem parit!

* 18. Verbascum phoeniceum, foliis radicalibus ovatis nudis rugosis subsessilibus subcrenatis, caule subnudis racemoso. *Gerard emac.* 776.
Auf der Steinklippe bey Wangen an der Unstrut. Iun. ♂ *Wallroth.*

19. Chironia Centaurium, pulchella et inaperta, olim distinctae, repetito examine in eamdem incidunt speciem, quamvis Gentianam pulchellam *Swartz.* peculiarem speciem habeam. Nostrae autem, pro soli vicissitudine et diei tempore, corollam habent vel magis vel minus apertam, lacinias calycinas vel longiores vel breviores, caulem magis vel minus ramosum, subsessiles etiam aut pedunculatos flores, unde aegre concederem Persoonio, Ch. ramosissimam floribus pedicellatis, Centaurium floribus sessilibus distinguentem.

Sed bene post Richardium Persoonius et Willdenovius plantam nostram cum adfinibus ab exoticis Chironiis distinxerunt nomine *Erythraeae.* Utrique quidem antherae spirales, sed huius corolla infundibuliformis, illius rotata; huius capsula uni-illius est biloculāris. Igitur loco *Chironiae Centaurii, inapertae* et *pulchellae* unica ponenda est
Erythraea Centaurium Richard.

* 20. Gentiana ciliata, corollis quadrifidis, laciniis serratis medio inciso-serratis, foliis lanceolato-linearibus, caule angulato subunifloro. C. *Gesner opp. tab. lign. IX. f.* 81. *Columm. ecphras. I. p.* 221. [*Gentianella coerulea fimbriata autumn.*] *Sturm* 23.[1]
Auf dem Buchberge bey Ziegelrode. Sept. ♃

Knauth. et Leyss ad Schmon indicant, ubi quantum meminimus, haud reperitur. Wallrothius, iuvenis egregius, eam florae nostrae vindicavit.

21. Selinum sylvestre, quod olim a *paluſtri* ſeparatum tradidi, iam diſtinguere nequeo, cum plures indies medias formas invenio et *S. ſylveſtre* e Loderslebia transplantatum in horto colo. Eſt enim omnino et hoc idem cum paluſtri: et perſuaſum habeo, caulem ſtriatum, radicem multiplicem aut ſimplicem, caulem magis aut minus ramoſum, lacinulas foliorum magis cuſpidatas aut obtuſiuſculas, involucri foliola tenuiora vel latiora margine membranacea, ſtylos poſtremo rectos aut divaricatos nullum poſſe discrimen certum inter utramque ſpeciem ſtatuere. Icones etiam *Dodon. p.* 699. et *Moriſ. III. ſect.* 9. *t.* 17. *f.* 2. *S. paluſtre* pariter repraeſentant ac *ſylveſtre. Selinum ſylveſtre Candoll.* quod Pariſienſes *Athamantam flexuoſam* dicunt, quamvis verum *Selinum*, tamen longe alia planta. Eſt enim *S. Cervaria.*

21. a. Peucedanum Silaus, fructu ovato ſolido, coſtis quinque acutis valleculis cavis alternis, recedit a Peucedani genere, quod fructum habet ovalem compreſſum alatum, iugis obtuſis quinque approximatis. Congenera *Silao* ſunt *Selinum Monnerii, Athamanta chinenſis, Seſeli Hippomarathrum* et *S. leucoſpermum Schrad.* Pertinent ad genus *Cnidium* Cuſſon., de quo alibi uberius.

22. Selinum pratense, verum Seſeli eſt, ut iam e ſeminibus maturis liquet. Itaque nomen *Seſeli venoſi Hoſm.* reſtituendum.

23. Oenanthe peucedanifolia, a *Kruſio* paedagogo ad Trebnitz inventa, valde dubia eſt, cum nec ego nec diſcipuli per quinque annos eam invenire potuerimus.

24. Sium nodiflorum, relegandum e flora noſtra. Qui primus eam inveniſſe credidit, veram

plantam non cognovit. Namque exemplar, quod nuper mecum communicavit, habet foliola inaequaliter et inciso-serrata, umbellas pedunculatas et caulem erectum, unde *S. angustifolium* esse nullus dubito.

25. Allium arenarium cum Scorodopraso in flor. halensi commutavi. Illud vaginis foliorum teretibus, foliis latioribus margine integerrimis, umbella maiore distinguitur. Icones *fl. dan.* 290. et *Rupp. ien. t.* 2. *f.* 2. sed et *Fuchs. p.* 737. (*Allium sylvestre primum*) huc pertinent. Provenit verum arenarium rarius in monticulis ad ripam Unstrut, auf der Steinklippe bey Wangen, ubi primus *Wallrothius* invenit.

Allium Scorodoprasum vero foliis crenulatis angustioribus, vaginis ancipitibus, umbella minore et corollis raro efflorescentibus, caule etiam ante anthesin convoluto differt. Icon prima apud *Clusium hist.* 1. *p.* 191. (*Scorodoprasum* 4.) Commune hoc nemoribus et collibus nostris.

26. Ornithogalum luteum, Persoonio primo (*Usteri ann. XI.* 7.) diu etiam *Hoppio* et *Willdenowio* monentibus, in duas diducitur species, nimirum

O. sylvestre, bulbo solitario, folio radicali solitario lineari-lanceolato. *Fl. dan.* 378. et *Renealm. spec. hist. pl. t.* 90.

In nemoribus et dumetis nostris. Apr. ♃

O. luteum, bulbo aggregato, folio radicali solitario lineari. *Pers. l. c. t.* 2. *f.* 1.

In pratis et pascuis. Apr. ♃

27. Ornithogalum minimum, florae nostrae ut omnis Germaniae haud Linnaeanum esse Biebersteinius (*flor. taur. cauc.* 1. 274.) bene mo-

nuit, ideoque nomen cum *O. villoso* commutavit. Itaque

O. villosum, foliis radicalibus geminis, floralibus imis oppositis, pedunculis ramosis corymbosis petalisque hirsutis. *Sturm. I.* 12.

28. IUNCUS NEMOROSUS, delendus e flora halensi. Est enim *I. campestris*, paullo magis racemosus, petala non sunt ciliata. Sed *campestris*, *pilosus* et *albidus* differunt a reliquis capsula uniloculari trivalvi trisperma, seminibus receptaculo centrali adfixis. Reliqui *Iunci* habent capsulam trilocularem polyspermam, valvulis medio septiferis. [Cf. *Gaertner tom.* 1. *tab.* 15.] Hinc cum *Candollio* id discrimen primo observante et *Willdenowio* *Luzulam* appellamus prius genus.

29. EPILOBIUM ROSEUM *Schreb.* nil est nisi varietas *E. montani L.* Folia enim in hoc opposita, in illo quandoque superne alterna sunt.

30. EPILOBII ANGUSTIFOLII synonyma confusa sunt, nec nisi aegerrime extricantur. Etenim Lysimachia Chamaenerion dicta angustifolia *Bauh. pin.* 245. plures coniungit species. Antiquissimas et verissimas icones habeo sequentes:

Dalechamp. hist. 865.
Parkinson parad. 267.
I. Bauh. hist. II. 906.

31. EUPHORBIA DULCIS dubia. Eius loco *E. platyphyllon* semper inveni, praesertim ad Dieskau.

32. RANUNCULUS AURICOMUS nostras nullo modo a *R. cassubico* differt. *Willdenowius* nullum discrimen noscit, nisi foliola caulina lanceolata dentata (iuxta *Loeselii* iconem)

in *R. caſſubico*, et linearia integerrima in *R. auricomo*. Sed quoties in noſtro *R. auricomo* foliola caulina lanceolata dentata occurrunt! Ipſa etiam icon *fl. dan.* 665. eadem exhibet. Cf. *optimam* Pollichii *deſcriptionem fl. palat. n.* 530.

* 33. Nepeta pannonica, cymis paniculatis nudiuſculis, foliis cordato-oblongis crenatis petiolatis nudis. *Iacqu. auſtr. II. t.* 129. *Moriſ. III. ſect.* 11. *tab.* 6. *f.* 6. (*Nepeta pannonica.*)

Bey Eisleben auf der Hüneburg, unter Prunus ſpinoſa. Iul. ♃ *Bok.*

Caules *bipedales, glabri, quadriſulci:* rami *atro-purpuraſcentes.* Folia *inferiora petiolata, cordata, oblonga, obtuſa, crenata; utrinque nuda, ſcabriuſcula, venoſa: ſuperiora breviſſime petiolata, cordato-ovata, ſcabra, ſubtus pallidiora, ſerrata.* Bracteae *lineares, tenuiſſime ciliatae.* Pedunculi *cymoſi, pubeſcentes, verticillati.* Calyces *incano-villoſi.* Corolla *albida, margine coeruleſcente.*

Paullo differt foliis latioribus a N. pannonica ex ipſa Hungaria, cuius folia anguſtiora ſunt, ſed reliqua quadrant. N. nuda, cui ſimilis noſtra, habet flores verticillatos et folia ſeſſilia. Cf. Lobel. ſtirp. obſ. p 276. et Gerard. emac. p. 782. ubi primae huius icones. Hiſpania eſt nudae patria.

* 34. Brassica campestris, radice tenui annua, foliis inferioribus lyratis dentatis hiſpidiuſculis, ſuperioribus cordato-acuminatis amplexicaulibus glauceſcentibus.

Cum *Braſſica Napo, Sinapi arvenſi* et *Raphano Raphaniſtro* inter ſegetes copioſe. Iun. Iul. ☉

Facillime confunditur cum Braſſica Napo, quae differt antheſi praecociori et radice cauleſcente fuſiformi; Sinapis arvenſis differt calyce patentiſſimo, foliis omnibus ſublyratis; Raphanus Raphaniſtrum calyce clauſo, ſiliquis articulatis toroſis et corolla pallida. In Braſſica enim campeſtri calyx patentiuſculus, ſiliquae teretes, roſtratae, et corolla aurea.

35. Sisymbrium sylvestre, vulgatiſſimum eſt in locis humidis: pertinet huc *fl. dan.* 931. *S. terreſtre* rarius, ita definiendum: foliis pinnatifidis, laciniis ovatis inciſis inaequaliter dentatis, petalis calyce brevioribus. *fl. dan.* 409. *S. amphibium*, foliis oblongis indiviſis ſerratis.

36. Vicia dumetorum, auf der Steinklippe bey Wangen et auf der Hüneburg bey Eisleben frequens.

37. Trifolium dentatum, auf der Wiese bey Eisleben, wenn man von der Zellermühle nach dem Oberrieſsdorfer Grunde geht. *Bok.*

Bene, quod iam Tourneſortius, Adanſonius et Iuſſievus fecerunt, Willdenowius nuper Melilotum a Trifolio diſtinxit, namque praeter infloreſcentiam racemoſam illius, huius ſpicato - capitatam, corolla eſt perſiſtens in hoc, in illa decidua, legumen illius dehiſcens calyce longius, huius evalve calyce tectum.

Melilotus officinalis *igitur, quem flore aureo et albo variare dixi, in duas, Haynio docente, ſpecies dirimitur:*

M. officinalis, *leguminibus racemoſis diſpermis ovatis acutis, carina et alis longitudine vexilli.* [*Corolla flava.*]

M. vulgaris, *leguminibus racemosis monospermis obovatis acutis, alis carina longioribus vexillo brevioribus.* [*Corolla alba.*]

38. Hieracium dubium ita definiendum: scapo subquadrifloro, foliis oblongis subintegerrimis glabris undulatis basi ciliatis, stolonibus reptantibus.

39. Cnicus eriophorus, auf der Hüneburg bey Eisleben; nach Wimmelburg zu. *Bok.*

40. Artemisiam salinam iam *Valerius Cordus* ad lacum salsum prope Seeburgum invenit. Indicat enim ibi *Seriphium*, i. e. *Absinthium marinum.* (*Sylv. var. obs. f.* 223. *b. ed. Conr. Gesner.*)

41. Conyza squarrosa, in der Lindenschlucht bey Seeburg, und auf der wüsten Burg bey Bornstädt.

42. Orchis sambucina, labello subdentato trilobo lobo medio emarginato, calycis foliolis obtusiusculis exterioribus reflexis, calcare inflato conico germen aequante, bracteis longitudine florum coloratis. *Iacqu. austr.* t. 108. *Clus.* 1. 269. [*pannonica VIII.*]

Hinter Krosigk im Holze nach Löbejün zu; im Kätherhölzchen bey Eisleben; bey Bischofrode im Neckendorfer Grunde. Mai. ♃

O. latifoliae simillima bulbis palmatis, bracteis longis et statura: sed odor sambucinus, color pallide flavus et maxime lobus medius labii emarginatus hanc manifestant.

Cum O. pallente commutata fuisse videtur. Namque Leysserus hanc indicat; quae differt bulbis subrotundis simplicibus non palmatis, cornu adscendente, ut in O. Morione, labello sub-

villoso

villoso quadrifido integerrimo. Cf. *Haller. stirp. helv. t.* 30.

* 43. Malaxis Löselii, foliis binis oblongo-lanceolatis, scapo trigono, labello apice ovato recurvato. *Fl. dan.* 877. *Loesel. pruss. t.* 58. *Richer de Belleval icon. t.* 261. *Dodon. p.* 242. (*Bifolium bulbosum*) *I. Bauh. hist. II.* 770. *fig. superior.*

Auf der Benndorfer Wiese bey Delitsch copiose, Maio. ♃

44. Epipactis ensifolia in sylvis ad Erdeborn et Memleben.

45. Melius Callitriche inter monoicas militat, cum flores hermaphroditi rarissimi sint. Species tres olim distinctae melius a *Smithio* coniunguntur in unam, cui nomen *C. aquaticae* impertit. C. saltem vernalis per Octobrim floret, foliis subrotundis integerrimis, aliis paullo emarginatis, inferioribus spathulato-linearibus, ut bifida dici possint. ⊙

* 46. Chara tomentosa, caulibus spongiosis subhispidis, ramulis basi foliosis, foliis teretibus obtusiusculis. *Moris. III. sect.* 15. *t.* 4. *f.* 9. [*Pluken. t.* 29. *f.* 4. *obscura icon, Ceratophyllo similis.*]

Copiosa in stagnis prope Wansleben.

47. Chara flexilis a *Wallrothio* prope Rossleben inventa.

48. Equisetum pratense *Ehrh.*, quod *Willdenowio spec. plant. tom. V. p.* 6. ignotum, vere provenit in nostris regionibus. Ab E. arvensi, cui simile, differt caulibus ramosis fructificantibus, ramis strictis scaberrimis. *E.*

palustre caulibus glabris angulatis differt. Sub hoc *Schkuhrius fil. t.* 169. comprehendisse videtur.

* 49. Lycopodium annotinum, spicis solitariis sessilibus, caule repente, foliis quinquefariis patentibus lineari-lanceolatis subserratis, surculis annotinis articulatis. *Pluk. t.* 205. *f.* 2. *Dill. t.* 63. *f.* 9. *Fl. dan.* 127. *Schk. fil. t.* 162.

Ad Lodersleben. *Wallroth.* Iul. ♃

* 50. Phascum bryoides, caule subdiviso, foliis ovato-apiculatis erectis, seta elongata rectiuscula, capsula exserta. *Dicks. fasc. t.* 10. *f.* 3. *Schwägrichen suppl. ad Hedw. spec. posth. t.* 1.

In arvis ad Rossleben. *Wallroth.*

* 51. Phascum patens, acaule, foliis lanceolatis nervosis serrulatis patentiusculis. *Hedw. stirp. I. t.* 10.

In argilla sterili sub rupe alabastrina in Bauerngraben prope Breitungen. ⊙

* 52. Gymnostomum fasciculare, foliis oblongis acuminatis serrulatis, capsulae pyriformis operculo mammillato. *Hedw. spec. posth. t.* 4.

Bey Ziegelrode auf dem Birkenberge. *Wallroth.*

N. G. pyriforme omnino differt operculo rostrato.

* 53. Dicranum pellucidum, foliis lanceolatis nervosis undulatis, capsula obovata cernua, operculo conico. *Dill. t.* 46. *f.* 23. *Schwägrichen suppl. t.* 48.

In umbrosis ad lapides des Mühlthals zwischen Rossleben und Leimbach. *Wallroth.*

* 54. Dicranum adiantoides, caule erecto subramoso, foliis distichis oblongo-lanceolatis nervosis. *Dill.* t. 34. *f.* 3. *Hedw. stirp. III.* t. 26.

Auf der Wiese bey Benndorf.

* 55. Dicranum varium, caule simpliciusculo, foliis lineari-lanceolatis integerrimis supremis subsecundis, capsula subcernua, operculo acuminato incurvo. *Dill.* t. 50. *f.* 59. *Hedw. stirp. II.* t. 34.

In argilla sabulosa, ad Ziegelrode. *Wallroth.*

* 56. Dicranum cerviculatum, caule simpliciusculo, foliis lanceolato-subulatis integerrimis, capsula ovata subcernua strumosa, operculo rostrato. *Hedw. stirp. III.* t. 37. *A.*

In turfosis fossis ad Dölau.

* 57. Polytrichum aurantiacum, caule subdiviso, foliis margine diaphano carinaque serratis, capsulae angulatae apophysi obsoleta. *P. longisetum Swartz. musc. suec.* t. 8. *f.* 16. *Sturm. II.* 4.

In palude Doelaviensi.

* 58. Trichostomum heterostichum, caule ramoso, foliis lanceolatis patulis subsecundis, apice canescente subserrato, seta recta, capsula elliptica. *Dill.* t. 47. *f.* 27. *A. F. G. Hedw. stirp. II.* t. 25

In saxis des Neckendorfer Grundes bey Bischofrode. *Bok.*

* 59. TRICHOSTOMUM TORTILE, caule ſimplici, foliis ſubulatis ſubheteromallis, ſiccitate tortilibus, capſulae oblongae operculo acuminato. *Schrad.* *Schwägrichen ſuppl. ad Hedw. ſpec. poſth. t.* 35.

Bey Ziegelrode auf dem Birkenberge. *Wallroth.*

* 60. BARBULA RIGIDA, trunco ſimplici, foliis lanceolatis obtuſis enerviis margine inflexis, capſula oblonga erecta. *Dill. t.* 49. *f.* 55. *Hedw. ſtirp. I. t.* 25.

In muris limoſis.

* 61. BARBULA CONVOLUTA, caule ſimpliciuſculo, foliis lanceolatis patentibus, perichaetialibus obtuſis vaginantibus. *Dill. t.* 48. *f.* 44. *Hedw. ſtirp. I. t.* 52.

Bey Roſsleben häufig. *Wallroth.*

* 62. ORTHOTRICHUM OBTUSIFOLIUM, foliis ovatis obtuſis, dentibus octo geminatis, calyptra ſubpiloſa. *Swartz. muſc. frond. t.* 4. *f.* 8.

In ſalicibus vetuſtis.

* 63. LESKEA POLYCARPA, caule repente, ramis procumbentibus, foliis ovatis acutis concavis nervoſis, capſula ſubaequali. *Dill. t.* 42. *f.* 65.

In ſalicibus vetuſtis zwiſchen Wormsleben und Unterrieſsdorf. *Bok.*

* 64. BRYUM PYRIFORME, foliis ſubulatis ſubflexuoſis, capſula pyriformi pendula. *Dill. t.* 50. *f.* 60. *Hedw. ſtirp.* I. *t.* 3.

In foſſis limoſis prope Weſtewitz invenit *Wallroth.*

* 65. Mnium longirostrum *Bridel.*, foliis oblongis acuminatis marginatis ſerrulatis nervoſis, capſulae pendulae operculo roſtrato. *Dill.* t. 53. *f.* 80.

In nemuſculo Seebenſi.

Mn. punctatum differt foliis integerrimis; Mn. cuſpidatum, operculo conico.

* 66. Hypnum stellatum, foliis cordato-ſubulatis integerrimis ſubenerviis laxe reflexis, capſula ſubcylindrica cernua. *Dill.* t. 39. *f.* 35. *Hedw. ſpec. poſth.* t. 66. (*H. polymorphum.*)

Auf der Benndorfer Wieſe bey Delitzſch.

* 67. Hypnum palustre, foliis ovato-acuminatis homomallis margine ſuperne inflexis integerrimis nervoſis. *Dill.* t. 37. *f.* 27. *H. luridum Hedw. ſtirp. IV.* t. 38.

Auf der Benndorfer Wieſe bey Delitzſch.

* 68. Hypnum populeum, foliis lanceolato-ſubulatis patentibus nervoſis ſerrulatis margine reflexis. *Hedw. ſpec. poſth.* t. 70. *f.* 1 — 6. *Turn. hibern.* t. 16. *H. implexum Turn. Leſkea plumoſa Bland. et Crom.*

In arboribus hinter dem Faſanenhauſe.

* 69. Diphyscium foliosum *Mohr.* *Dill.* t. 32. *f.* 13. *Schmidel. Buxbaum* t. I. *f.* I—XIV. *Spreng. Anl.* 3. t. *VII.* *f.* 69.

In ſylva Ziegelrodenſi prope viam, qua itur ad Querfurth, bey der Klappermühle. *Wallroth.*

* 70. Iungermannia trichophylla, foliis profunde tri-quadripartitis, laciniis ſtrictiuſculis integerrimis capillaribus articulatis. *Dill.* t. 73. *f.* 37. *Schmid. ic. t.* 42. *I. doelavienſis fl. hal. t.* 8. *f.* 2.

In udis ſylvaticis. Manca olim exemplaria impoſuerunt, ut pro nova haberem ſpecie.

71 Iungermannia globulifera fl. hal. eſt *I. bicornis fl. dan.* 881. *f. a.*

* 72. Iungermannia exsecta, foliis concavis inaequaliter tridentatis, dentibus ſubintegerrimis. *Schmid, ic. t.* 62. *f.* 1.

In umbroſis ſylvaticis.

73. Iungermannia byssacea eſt iunior *I. bicuſpidata.*

* 74. Iungermannia Sphagni, caule repente radicante, foliis imbricatis ſubverticalibus concavis ſubrotundis integerrimis. *Dickſ.* t. 1. *f.* 10.

Auf der Benndorfer Wieſe bey Delitzſch.

* 75. Blasia pusilla.
Mich. gen, t. 7. *Dill. t.* 31. *f.* 7. *Schmid. Blaſ. Hofm. Taſchenb. II. t.* 3.

Im Mühlthal bey Ziegelrode. *Wallroth.* Copioſiſſime ad Breitungen.

* 76. Opegrapha epipasta, cruſta tenuiſſima laevigata albo-glauceſcente, lirellis minutiſſimis oblongo-linearibus turgidis flexuoſis, ſimplicibus ramoſisque.

Ad corticem iuniorum quercuum.

Huc et O. Cerasi Achar.

* 77. Opegrapha denigrata, crusta tenuissima membranacea albida, lirellis linearibus prominulis confertis flexuosis simplicibus ramosisque. *Pers. in Usteri Ann. VII. t. 1. f. 2. C. c.*

In cortice Fraxini.

* 78. Opegrapha diaphora, crusta tenui sordide albida cinerascente, lirellis simplicibus inaequalibus, minoribus oblongis, maioribus elongatis flexuosis.

In cortice salicum annosarum.

Iuniores ad Arthoniae genus accedunt, sed lirellae margine proprio cinctae sunt et mox in naturalem suam elongatam formam transeunt.

* 79. Arthonia obscura, crusta subolivacea, apotheciis minutis sparsis planis rugosiusculis subellipticis atris. *Achar. in Schrad. neuem Journ. I. 3. p. 15. Pers. in Usteri Ann. der Bot. VII. t. 3. f. 5.*

In cortice salicum annosarum.

Arthoniae genus bene differt ab Opegrapha forma apotheciorum difformium planiusculorum haud marginatorum.

* 80. Arthonia astroidea, crusta membranacea limitata albicante, apotheciis minutis confertis convexiusculis angulosis irregularibus substellatis rugoso-punctatis atris. *Achar. l. c. p. 17. tab. 4. f. 4.*

* 81. Lecidea quernea, crusta leprosa granulosa fusco flavescente, patellulis demum convexis subimmersis fusco-atris. *Dicks. t. 2. f. 5.*

In cortice quercuum annosarum im Bischöfroder Walde über der Neckendorfer Mühle. *Bok.*

* 82. Lecidea dryina, crusta effusa alba pulverulenta, patellulis minutis subglobosis demum planiusculis rugulosis atris, intus carnosis cinereo-fuscis.

In cortice quercuum et betularum.

83. Lecidea uliginosa, primum est gelatinosa, ubi simillima Collemati.

* 84. Lecidea Ehrhartiana, crusta effusa rugoso-plicata rimosa albido-virescente, patellulis concavis marginatis flexuosis difformibus conglomeratis flavescentibus. *Achar. prodr. t.* 2, *f.* 1.

In ligno putrescente.

* 85. Lecidea nigra, thallo suborbiculari imbricato nigro, lobulis minutis inciso-crenatis, centralibus tenuissime ramulosis, patellulis concavis demum planis atris. *Engl. bot.* 1161.

In saxis des Ram- und Hutberges bey Eisleben. *Bok.*

* 86. Lecidea paradoxa, crusta effusa subimbricata ruso-umbrina, lobis aggregatis planis marginatis demum convexis, patellulis pruinosis margine albo, tandem convexis nigris.

Ad terram auf dem Hutberge bey Eisleben. *Bock.*

* 87. Verrucaria Epidermidis, crusta tenuissima effusa lactea, tuberculis confertis papillatis nigris.

In tenera epidermide Betulae albae.

* 88. Verrucaria spongiosa, crusta spongiosa viridi, tuberculis immersis ampulliformibus poro pertusis nigris. *Sphaeria Bernhardi im Röm. Arch. I. 4. p. 11. t. 1. f. 2.*

Ad terram bey Eisleben. *Bok.*

* 89. Verrucaria epigaea, crusta pallida, tuberculis immersis punctiformibus nigris.

Ad terram limosam in sylvis.

* 90. Rivularia rugosa, gelatinosa pallida viridis granulosa rugosa, filamentis dichotomis, ramulis fasciculatis in pilos attenuatis. *Roth. bot. Beytr. I. 280.*

In rivulo prope Breitungen.

* 91. Endocarpon tephroides, thallo crustaceo subfoliaceo cinereo, ambitu repando sublobato, thalamiorum ostiolis prominulis atris.

Ad terram auf dem Hutberge bey Eisleben cum Parmelia lentigera et fulgente. *Bok.*

* 92. Baeomyces caespiticius, thallo crustaceo cartilagineo lobato, laciniis pinnatifido-incisis lacero-crispis laete viridibus subtus albis, cephalodiis subsessilibus conglomeratis subrugosis rufis.

Inter muscos auf dem Zorgs et in sylva Lodersleben si. Huc Lecidea demissa *fl. hal. n.* 1309. quae ergo delenda.

* 93. Parmelia exigua, crusta leprosa tenui obscure cinerea, scutellis minutis aggregatis planis atris, margine albo crenulato, demum evanescente.

In cortice vetuſto Quercuum.

* 94. Parmelia lutea, cruſta effuſa pulverulenta cinereo - pallida, ſcutellis minutis ſparſis planiuſculis fulvis, margine tenui dilutiori pulverulento. *Dickſ. t. 2. f.* 6.

Ad terram in ſylvis.

* 95. Parmelia corrugata, thallo coriaceo membranaceo rugoſo - plicato glauco - vireſcente, ſubtus nigro - fuſco fibrilloſo, laciniis rotundato - lobatis plicato - flexuoſis ruguloſis, ſcutellis concavis ampliſſimis flexuoſis rufis, margine tenui crenulato. *Dill. t!* 24. *f.* 79. *Iacqu. coll.* 3. *t.* 9. *f. c.*

Ad ſalices annoſas bey Eisleben. *Bok.*

* 96. Parmelia Sprengelii, thallo cartilagineo ſordide virideſcente, laciniis erectiuſculis lineari - lanceolatis noduloſis ſubtus pallidioribus, ſcutellis pedicellatis carneis. *Flörke.*

In rupe unica ad Giebichenſtein. Primus invenit *Cyſter* Helvetus.

* 97. Peltidea horizontalis, thallo glauco fuſcoque virideſcente glabro, ſubtus venis nigris reticulato, lobulis fertilibus abbreviatis, apotheciis terminalibus planis horizontalibus transverſe oblongiuſculis rufo - fuſcis integris. *Achar. lichenogr.* 515. *Dill. t.* 28. *f.* 104. *B. Fl. dan.* 533.

In ſylva Lodersleben ſi.

* 98. Conferva flocculosa, minutiſſima diffuſa denſa, pallide ochracea, filamentis geniculatis ſubramoſis, geniculis alternatim ſolutis, articulis priſmaticis alternatim refractis.

Roth. catal. bot. I. p. 192. tab. 4. f. 4. tab. 5. f. 6.

Copiose ad lapides in lacu salso cum *Conf. glomeratae* varietate marina.

99. Conferva bronchialis e vegetabili regno in animale releganda esse videtur. Est enim Vibrio paxillifer *O. F. Müller animalc. insus. n. 62 tab. VII. f. 3—7. Stäbegevier Schrank. faun. boic. III. Abth. 2. p. 48.* Analogon est animalculum, quod *Stäbgenthier O. F. Müller* appellat *in kl. Schriften. p. 6.* Sale adspersa corrugantur et evanescunt. Adhaerent Confervis; articuli haud raro ovales sunt, plerumque parallelepipedei, linea longitudinali perducta.

* 100. Ulva prolifera, tubulis teretibus filiformibus ramosis, ramis e basi tuberculosa sparsis capillaribus. *Oed. fl. dan. 763. f. 1. Conferva crinita Roth. catal. I. 162. tab. 1. f. 3. Conferva Plinii Lobel. ic. 2. 257.*

In der Salzke copiose, et in paludibus lacui salso conterminis.

* 101. Sphaeria Ceratospermum, ovata sparsa atra intus albida, ostiolis spinulosis e medio prorumpentibus. *Tode fung. meklenb. t. 17. f. 131.*

In truncis Quercuum annosarum.

* 102. Sphaeria fimbriata, epiphylla subcircinnata: ostiolis spinulosis incurvis basi fimbria albicante cinctis. *Batsch el. fung. t. 30. f. 231.*

In foliis Coryli et Carpini.

* 103. Sphaeria media, ſimplex, ſphaerulis ſparſis ligno totis immerſis, oſtiolo prominente latiuſculo.

In ramis aridis, ſub epidermide.

* 104. Sphaeria mammaeformis, ſimplex, ſphaerulis ſubgloboſis laevibus ſubconfluentibus, oſtiolo papillato. *Perſ. ic. pict. t. 5. f. 6. 7.*

Ad ligna ſicca.

* 105. Sphaeria albicans, ſimplex ſubirregularis, ſphaerulis papillatis, ſubiculo ſordide-albido ſubimmerſis. *Tode fung. meklenb. t. 10. f. 87.*

In ſalicibus cavis.

* 106. Sphaeria Tiliae, ſparſa ampullaeformis glabra annulata circumſciſſa atra, orificio largo.

In ramis aridis Tiliae.

* 107. Xyloma herbarum, conſertum oblongum molliuſculum fuligineum, corticis margine repando ſubalbicante. *Albertini et Schweinitz fung. niesk. p. 65. tab. 4. f. 6.*

In Potentillae vernae foliis. *Bck.*

* 108. Xyloma alneum, minutum ſparſum planiuſculo plicatum lucidum atrum.

In foliis Alni glubinoſae.

* 109. Hysterium quercinum, erumpens flexuoſum ſubventricoſum molle nigreſcenti-cinereum. *Tode fung. meklenb. t. 8. f. 64.*

Ad ramos quernos.

* 110. Sclerotium durum, oblongum durum ſtriatum nigrum.

In caulibus aridis umbellatarum.

* 111. Sclerotium fungorum, difforme lobatum pallidum paraſiticum. *Tode fung. meklenb. t. 1. f. 5. c. d. e.*

In fungis putreſcentibus.

* 112. Sclerotium quercinum, epiphyllum ſparſum convexum laeve ſordide pallidum ſubnigreſcens.

In foliis deciduis Quercuum.

* 113. Physarum confluens, confertum ſeſſile cinereum, peridiis variis ſubconfluentibus, capillitio compacto.

In Hypno luteſcente.

* 114. Bovista pusilla, gregaria minuta ovata nigreſcens, ſquamulis furfuraceis albidis. *Perſ. ſyn* 1. 138. *Batſch elench. fung. t.* 41. *f.* 228.

Ad Roſsleben. *Wallroth.*

* 115. Physarum contextum, acaule flavum, peridiis utplurimum ſubcompreſſis flexuoſis confluentibus. *Perſ. ſyn.* 1. 168.

Ad muſcos. *Wallroth.*

* 116. Trichoderma Pyrenium, cortice tomentoſo aureo, nucleo molliuſculo exalbido.

In ligno fagineo putreſcente. *Wallroth.*

* 117. Aecidium Tussilaginis, macula purpurascente flava, peridiis immersis, caespitulo plano.

In foliis Tussilaginis Farfarae.

* 118. Aecidium Orobi tuberosi, caespitosum ovatum albidum, peridiis flavescentibus.

* 119. Uredo confluens, flava applanata circinatim confluens.

In Mercuriali perenni. *Bok.*

* 120. Leotia lubrica, flavo-virens subtremellosa pileo convexo. *Fl. dan.* 719.

In sylvis ad Eisleben. *Bok.*

* 121. Helvella leucophaea, pileo libero crispo pallido-albescente, stipite costato lacunoso basi ventricoso. *Sowerby fung. t.* 39.

In monte dem Vogelsberg bey Bennstädt. Octobr.

* 122. Peziza Hysterium, sparsa nigra mollis oblonga rugosa, primum clausa, dein hians ore oblongo.

In lichenibus crustaceis quercuum annosarum.

* 123. Peziza olivacea, interne fusca, externe rugulosa olivacea orbicularis plana, margine angusto convexo. *Batsch el. fung. f.* 51.

In truncis subputridis. *Wallroth.*

Addendus:

* 124. Dianthus sylvaticus, floribus ſubſolitariis, ſquamis calycinis ovato-lanceolatis tubo calycis brevioribus, petalis barbatis duplicato-dentatis, foliis lineari-lanceolatis glabris obſolete ſubtrinerviis. *Hopp.*

Ad Ziebigk bey Radegaſt invenit *F. Naumann*, ornithologus eximius, exemplaria viva et iconem mecum communicavit elegantia ſumma et dexteritate pictam.